COSMÆ

PRAGENSIS

ECCLESIÆ DECANI

CHRONICÆ BOHEMORVM

Libri III,

In quibus gentis origo, & prisci Duces, vsque ad Wratislaum primum Regem creatum sub HENRICO III. *Imp. & annum Christi* MCXXVI.

Nunc primum integrè in lucem editi.

Item

S. ADALBERTI EPISCOPI PRAGENSIS VITA ET MARTYRIVM ab eodem COSMA DECANO descripta.

PRAEFIXA DVCVM REGVMQ. BOHEMIAE ELOGIA versibus decantata à MARTINO CVTHENO *&* CASPARE CROPATIO, *Poetis Bohemis.*



HANOVIÆ,
Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium
& heredes Ioannis Aubrii.
MDCVII.



Illustrisſimo Principi,

DN.

PETRO WOK VRSINO,

DOMINO A' ROSENBERG, INCLYTÆ AC antiquisſimæ domus ROSENBERGICÆ ſeniori & vltimo, primarioque Bohemorum Dynaſtæ, &c.



VNC quoque fructum Bohemici & Polonici itineris, luſtro ſuperiore Principis mei miſſu ſuſcepti, tuliſſe gaudeo, quod dum in regia vrbe PRAGA diuerſor, memorabile iſtud monumentum indigenæ vetuſtatis in manus meas bona fortuna detulit: idque integrum, cuius antea particulam cum Bohemicis meis vulgari in laude ponebam; vtinam æquè mendis næuiſque liberum. Quamuis autem vnico exemplari nitendum eſſet, eoque non feliciſſima manu è veteribus membranis deſcripto: dedi tamen diligenti relectione operam, vt deterſis maculis, quantum hoc quidem tempore licebat, æqui lectoris oculos quam minimum offendere poſſet: daturus etiam porrò magis; ſi quis me publicæ vtilitatis ſtudioſus (quod ſpero) aliis exemplaribus iuuare voluerit. Neq; enim diſſimulabo, plura inſuper ad hiſtoriam nobiliſſimæ gentis illuſtrandam pertinentia nobis ſuppetere, & peculiari nouæq; collectioni ſuam editionem deſtinari. Huic interea cum patronum de more circumſpicerem, & in copia plurium animi ferè anceps fluctuarem, ecce commodùm à Tua Celſitud. ad Sereniſſ. Principem Electorem Palatinum miſſa acceptiſſima legatio, nobiliſſ. V. Theobaldo Hock à Zweybrücken obita; quæ me omni hæſitatione penitus abſoluit. Quid enim ſiue rem ſpectem, conuenientius, quam Bohemicæ gentis vetuſtiſſimum ſuper omnes ſcriptorem, antiquiſſimæ in ea proſapiæ proceri rectà offerri? ſiue animi ſententiam ſequar, expeditius, quàm amiciſſimum meo Principem cimelio eius generis, quod omnino principibus viris proprio & præcipuo

quodam iure debetur, honoris ergo munerari? Id ergo vt pro heroica humanitate, ceu minimè extraneum hospitem, comiter accipias habeasque, more magis ita recepto, quàm quod de eo quidquam laborandum putem, reuerenter rogo, Princeps illustrissime, Teque gentis familiæque tuæ bono diu viuere & florere diuinitus opto. Dat. Myrtilleti Kalend. Septemb. MDCVII.

CELSIT. T.

addictissimus

MARQVARDVS FREHERVS.

MARTI-



MARTINI CVTHENI BOHEMI, DVCVM REGVMQVE BOHEMIÆ GESTA SINGVLIS Distichis comprehensa.

AD MAXIMILIANVM ET FERDINANDVM Archiduces Austriæ, FERDINANDI Bohemiæ Regis FF.

CECHIVS DVX BOHEMIÆ I.



Llyrico profugus primum dat iura Bohæmis
Cechius: hinc nomen gens trahit illa suum.

CROCCVS BOH. DVX II.

Morte Ducis patriam varii excepere tumultus,
Quos aufers genio Crocce benigne tuo.

LYBVSSA PRINCEPS.

Filia dein regimen populi capit acta fauore,
Qua duce Praga recens condita nomen habet.

PRIMISLAVS DVX BO. III.

Mox rude femineas vulgus dū temnit habenas
Agricolæ subdit colla superba viro.

TYRANNIS WLASTAE PVELLAE.

Arripit imperium iunctis sibi Vlasta puellis,
Victa sed arte sua, qua prius vsa, cadit.

NEZAMYSL DVX BO. IV.

Pax fit, Primislaus moritur, natumq; relinquit
Cui sua cognomen gesta dedere rudis.

MNATA DVX BO. V.

Qui longa ignauus dum pace senescit, obitque,
Accedunt Mnatæ sceptra paterna pio.

VOGENIVS DVX BO. VI.

Vogenius cura grauior tam factus & auo,
Imperium natis diuidit ille suis.

VINSLAVS DVX BO. VII.

Inclita Praga datur Vinslao gensque Bohæma,
Vratslaus Vandaliam sorte cruentus habet.

VRATISLAVS FRATER VINSLAI.

Hic fratre extincto natum petit illius, vltro
Seque suasque simul perdit auarus opes.

GREZOMIL QVI ET NEK. DVX BOH. VIII.

Inde metum Neklan timidus deponit inanem
Egregia victor militis arte sui.

HOSTVITVS BO. DVX IX.

Hostuitus patrio iuuenis defunctus honore
Quod reliquum est parta pace quietus agit.

BORZIVOVS I. BO. DVX X.

Pelluitur primus sacra Borziuous vnda
Gensque sui factum tota secuta Ducis.

SPITINEVS XI. ET VRATIS. XII. BOH. D.

Spitineus tenera moritur sine prole iuuenta,
Vratslaus defuncti munia fratris obit.

S. VENCESLAVS B. D. XIII.

Vencesilaus vita castusque piusque sub aram
Fraterna cecidit victima sancta manu.

BOLESLAVS I. FRATRICI. BOH. DVX XVI.

Occupat imperium sublato fratre Boleslaus
Matre quidem sæua sæuior ipse sua.

BOLESLAVS II. B. D. XV.

Filius ingentum patrui moresque secutus
Nil patrium præter nomen & ora tulit.

BOLESLAVS III. D. B. XVI.

Tertius hostilis captus miser arte Boleslaus
Orbus agit reliquos lumine vtroque dies.

IAROMIRVS D. B. XVII.

Sortem à fratre suo patitur Iaromirus eandem,
Quam fuit inuiso passus ab hoste Pater.

VLRICHVS B. D. XVIII.

Præripit Vlrichus rerum moderamina Fratri
Sarmaticum patria dum fugat vrbe ducem.

BRETISLAVS I. B. D. XIX.

Cæsareo Bretslaus rapuit de sanguine natam,
Pannonas inde suo perdomat ense feros.

SPITINEVS II. B. D. XX.

Theutonicæ Gentis proceres, ipsamque perosus
Spitineus matrem pellit in exilium.

VRATISLAVS D. XXI. B. REX I.

Regia tum primum Vratslaus insignia fertur
Præmia virtutis digna tulisse suæ.

CONRADVS B. D. XXII.

Cum septem menses Fraternam rexerat aulam,
Conradus subita morte peremptus obit.

Bretislavs II. B. D. XXIII.

Defuncto patruo repetunt sua iura nepotes,
Bretslaus infida concidit ante manu.

Borzivovs II. B. D. XXIV.

Infestum patria fugiens Borzivovs *hostem*
Forte prius moritur quam reuocatus adest.

Svatoplvc. qvi et Cocles B. D. XXV.

Dictus ab euentu non vero nomine Cocles
Insidiis procerum casus & ipse iacet.

Vladislavs I. B. D. XXVI.

Vladislaus ter quinq; prius dominatus ad annos,
Extrèmum digno clausit honore diem.

Sobislavs I. B. D. XXVII.

Fortis in externum Sobislaus dum ruit hostem,
Cernere victorem fata maligna vetant.

Vladislavs II. B. D. XXVIII. Rex II.

Perpetuam experta meruit virtute coronam
Vladislaus domito Caesaris hoste sui.

Sobislavs II. B. D. XXIX.

Acer Sobislaus Alemanni nominis osor,
Vincla parans fratri turpiter exul obit.

Fridericvs B. D. XXX.

Imperat hinc pulsis Fridericus ab vrbe Morauis,
Et clarus bello, sic fuit arte toga.

Venceslavs II. B. Dvx XXXI.

Actus in exilium patrui liuore superbi
Vencesilaus tetro carcere clausus obit.

Henricvs qvi et Bretisla B. D. XXXII.

Principis officio simul atque antistitis vsus
Henricus patriae praefuit inde suae.

Vladislavs III. Boh. Dvx XXXIII.

Vladislaus Fratri victus concedit honorem
Priuatus patriam vertere iussus humum.

Primislavs Bo. Rex III.

Primislaus regale ferens Diadema senerus,
Ingenua moritur non sine prole senex.

Venceslavs I. B. Rex IV.

Marte ferox Scythicum Venceslaus deiicit hostem,
Saucius hinc oculum perdit, obitque diem.

Primislavs II. qvi et Otocar. R. B. V.

Totius imperium Primislaus despicit orbis,
Ancipiti tandem fortis agone cadit.

Venceslavs II. B. Rex VI.

Vencesilaus Regum nulli pietate secundus
Cepit defuncti sceptra relicta Patris.

Venceslavs III. B. R. VII.

Filius at luxu vitam cum ducit inertem,
Confossus perijt militis ense sui.

Rvdolfvs B. R. VIII.

Henricus rigido cedit sua iura Rudolfo,
Sed rapit hunc nimium mors inopina Ducem.

Henricvs elect. R. B. IX.

Caesareis iterum Henricus depellitur armis,
Hicque domum patriam non rediturus abit.

Ioannes R. B. X.

Lumine Ioannes post facta ingentia cassus
Fortiter occubuit Gallica castra sequens.

Carolvs Caesar B. R. XI.

Carolus hic merito patriae pater esset habendus
Vnius nati si pater ille foret.

Venceslavs IV. R. B. XII.

Vencesilaus multum rex vita inglorius acta
Bis captus populi seditione sui.

Sigismvndvs Caesar Boh. Rex XIII.

Arma Sigismundus postquam ciuilia tentat,
Quo fuerat victor milite victus abit.

Albertvs Caes. R. B. XIV.

Albertus regimen socero moriente recepit,
Sed mox ventre nimis profluit ante perit.

Ladislavs B. R. XV.

Posthumus imperium Ladslaus aequaret auitū,
Si vita impleßet tempora iusta sua.

Georgivs B. R. XVI.

Fortis & inuictus, nullique Georgius asper,
Praelia multa ciens commoda multa tulit.

Vladislavs II. R. B. XVII.

Hunc sequitur longa Vladislaus pace secundus,
Qui fera bella adimens, aurea saecla dedit.

Lvdovicvs B. R. XVIII.

Ante diem Ludouice capis Diadema paternū,
Victus ab hoste Geta concidis ante diem.

Ferdinand. Caesar Avgvst. B. R. XIX.

Arma para, compesce Getas Ferdinande superbos,
Te Duce fata canunt aurea saecla fore.

ILLV-

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS MAXIMILIANO ET FERDInando Augustiss. Cæsaris Ferdinandi liberis

IOHANNES ROSINVS.

M AXMILIANE tuis olim virtutibus ornes
A ugustus solium vt, quod teque tuosque manebit:
X erxis, Alexandri, Iulique potentibus armis
I mperium tenero partum versabis ab vngue,
M agna peragrato quos gloria sustulit orbe,
I nuidia & longo maiores intulit æuo.
L onga horum nimium si sunt exempla, tueri
I nuicti libeat proaui immortalia gesta;
A quo nomen habes, animum duxisse decebit.
N on alius bello maior, nec amantior æqui:
V ersatum multis vitæ quem fama periclis
S ublimem heroas inter diuosque sacrauit.

FERDINANDO INCLYTO PRINCIPI.

F ERDINANDE tibi Charites & blanda Dione
E ximium decus indidit oris, amabile cunctis,
R aram virtutis speciem. sic nominis hæres
D ignus eris, sancti fuerit si cura parentis
I ustitiam moresque sequi. Nam gloria maior
N on vlli speranda venit. Diis proximus ille
A rduus infestos fortunæ sustinet ictus,
N ec lætis illi desit clementia rebus.
D iuinos aris sancte largitur honores,
V nica Germano eum Cæsare relligionis
S pes sacræ, & rebus iam lapsis mite leuamen.

CASPARI CROPACII
PELSINENSIS BOHEMI P. L.
Duces & Reges Bohemiæ.

RVDOLPHO II.
ROM. IMPERATORI, HVNgariæ & Bohemiæ regi.



INTEGRA quæ poterat viuis monumenta Ducumque
Et Regum numeris condere Cropacius,
Interrupta Leo, defuncti morte, Bohemus
Luget, & amissum Pelsina prisca decus.
Hinc partim superant; partim bis mortua, Cæsar,
Pectora Lethéos heu subiere lacus.
Vixeris insignis multo celeberque triumpho,
Patribus & virtus haud sit auisq; minor:
Ni tamen historiis nomen mandetur honorum;
Quid laudis tacito postuma fama feret?
Hæc demum vita est, in Principe dum sibi vates,
Inque suo Princeps vate superstes agit.

MELISSVS.

CZECHIVS PRIMVS DVX BOHEMIÆ.

FActa cæde domi, metuens causæque sibique
Zechius Illyrico transfuga cedit agro;
Et procul à patria peregrinis quærit in oris,
Cum sociis, sedes spe meliore nouas.
Longum iter emensus, tandem quibus vndique cincta est,
Hercinios saltus, terra Bohema, subit.
Fructiferos inibi colles, & amœna vireta
Cernens non vno, pascua læta, loco:
Tum vitreos fontes, & plenos piscibus amnes,
Aruaq; culturâ fertiliora nouâ:
Hunc sibi præ reliquis habitandum deligit orbē,
Indigenas poscens in sua vota Deos;
Dent aditus lætos, regnique exordia firment:
Hinc Ducis illius gens ea nomen habet.

CROCVS II. DVX.

FAtidico populus defert insignia Crocco,
Quòd celebris morum dexteritate foret.
Principis ille boni sapienter munere functus,
Virtutum specimen, criminis vltor erat.
Difficiles æquo flexit moderamine causas,
Iudicio præstans liberiore fidem.
Tardus ad obsequiū, nisi res manifesta vocaret:
Si quis fortè tulit munera, mancus erat.
Tres thalami fructum præstantes indole natas
Liquit præcanus post sua fata senex.

LYBVSSA.

FIlia defuncto dat iura Lyb' ssa parente,
Et populum placida pace quieta regit.
Primaque turrita ponit fundamina Pragæ,
Vultaua quà resonis corniger errat aquis.
Sed quia fœmineas gens detrectaret habenas,
Vincla subire tori virgo coacta fuit.
Præscia venturi thalamos exquirit agrestes,
Tradens ruricolæ sceptra paterna viro.

PRIMISLAVS DVX III.

ILle salutatus, dum scindit vomere terram,
Princeps, imperium coniuge dante capit.
Ex qua tres natos suscepit pignora lecti,
Feminea regimen sed retinente manu:
Coniuge defuncta, fatorum arcana secutus
Aspera demissa plurima mente tulit,
Virginibus, septem late grassantibus annos,
Dantibus armata multaque damna manu.
Tandem fraude dolos superat, vim viq; repellit,
Agmina dum regno perniciosa necat.

WLASTA.

BLasta puellares ducens in prælia turmas,
Infert incautis arma cruenta viris;
Horribilique refert crebros è strage triumphos,
Dum præter sexum bella nefanda mouet.
Septenne imperium plenis sibi vindicat armis,
Ferro subiciens obuia quæque suo.
Iamque potestatis, populantibus arua puellis,
Spes quæ restaret parua virilis erat;
Vsa dolis quando perit astu victa dolisque,
Consilio prudens PRIMISILAE tuo.

NEZAMISLIVS DVX IV.

FRatribus exstinctis in primo flore iuuentæ,
Hæres morte patris fert diadema sui.

Expers consilii, tractandis rebus ineptus,
Tardus, hebes vita desidiosus, mollis, iners,
Quodque suos rexit, alieno munere rexit:
Quàm regere, insipiens maluit ille regi.
Defensus populi virtute, furentibus armis,
Quod reliquum vitæ, desidiosus agit.

MNATA DVX V.

MNatha nihil clarū, nec dignū laude peregit,
Otia dum sequitur, factaq; clara fugit.
Abditus in siluis, studiumq; secutus inane,
Gessit cum rigidis non nisi bella feris.
Figere doctus apros, sed apros nil figere præter
Vtilis; haud regno vixit, at ille sibi.
Publica quo coleret maiora negotia cura,
Admonitus populi seditione fuit.
Pace salutari sed mox cessante tumultu,
Ad veteres mores ingeniumque redit.
Vogenio tandem fatis hærede relicto,
Pestifera oppressus concidit ille lue.

VOGENIVS DVX VI.

VOgenius viridi rebus poscentibus æuo,
Et votis procerum, sceptra relicta capit.
Acer & assumtis Princeps animosus in armis,
Asseruit regni iura potente manu.
Arua molestantes Mysios, prædasq; trahentes
Depulit à ripis spumifer Albi tuis.
Parte alia Morauos violentis contudit armis,
Efferа vis patrios ne popularet agros.
Insignis bello, pacis quoq; clarus honore,
Ciuibus acceptus militibusq; fuit.
Distribuens natis sacra regni sceptra duobus,
Parte sua placide iussit vtrumque frui.

VENCESLAVS DVX VII.

VEncesilae tibi fasces cessere paterni,
Pars potior terræ nobiliorq; tibi.
Zateesi tractus fratri, septemq; triones
Quæ spectat regio, iure regenda datur.
O decus, ô rarum fraterni pectoris æstum!
Quàm nunc diuerso pectus ab igne calet.
Inuidet alterius parto non alter honori,
Vnanimiq; gerunt pectora nexa fide.
Nunc diris odiis, regnique cupidine feruent,
Quos decuit pariter consuluisse sibi.

NECLAM DVX VIII. VENCESLAI FILIVS.

DEses & infami stertens torpedine Neclā,
Dedecorem vitam turpiter egit iners.
Impatiens duri Martis, fugiensq; laborum,
Exutus regno pæne bonisq; fuit.
Marte lacessitus patrui, non cingitur armis,
Sed bellum alterius munere tutus obit:
Qui faciem referens Neclami Principis ora,
Strenuus audaci pectore miles erat.
Irruit aduersos pugnans pro Principe in hostes,
Lataq; deuictis Marte trophæa refert.

HOSTVITVS DVX IX.

SVccedit solio, populo plaudente, paterno
Hostiuitus, fortem fratre dolente suam;
Quod regni tum non consors adscitus haberis,
Præteritusque omni conditione foret.
Carpitur hinc odio fratris, cæcoque furore
Hostili inuadit rura paterna manu.
Mox tamen absistit, procerum de pace receptis
Legibus. Hostiuitus cætera lætus obit.

BORZIVOIVS DVX X.

PRimus hic è Ducibus linquēs idola Bohemis,
Amplexus Christi sacra fidemq; fuit,
Rore salutiferi conspersus rite lauacri,
Coniuge cum socii pignoribusq; tori.
Quæ pietas regno exutum priuauit auito,
Gentiles cultus plebs vbi tota probat.
Exul apud Morauos, priuati nomine vixit,
Et placide sortem fortis vtramque tulit.
Non sibi præreptum ius sumtis asserit armis:
Quàm ferus, in patriam maluit esse pius;
Ciuis ad excussas tandem reuocatus habenas;
Sopita populi seditione, fuit.
Fertur ab hoc ingēs exstructū Principe tēplum,
Qua patet antiquo Praga vetusta foro:
Curia sub titulo Mariæ quod Læta vocatur,
Addictum sacris nobile rebus opus.
Pertæsus tandem regni, grauioribus annis,
Assignat nato sceptra relicta suo.
Qui postquam fato cecidit properante, subiuit
Frater onus, vino sic statuente patre.

WRATISLAVS DVX XII.

Desiderantur reliqui Duces, itemque Reges interiecti.

CAROLVS.

VENCESLAVS.

VT pater insignis praestansq; virilibus ausis,
Eximia virtute animi, multoq; decore
Romanos fasces & sceptra Bohamica gessit:
Sic eadem luxu, nimio torpensq; veterno
Filius, heu nimium neglexit desidé vita.
Degener a patriis aetatem moribus omnem,
Implicitus Veneriq; gulaeq; tyrannide mixta
Exegit. Non hunc monitis à tramite laeuo
Imperii proceres, nec regni cura retraxit.
Forsitan à primo labem contraxerat ortu,
Cultura impatiens, mores mutare ferinos
Indocilis, vitium natura pronus ad omne.
Namq; vbi sacrato Baptismi fonte lauatur,
Dicitur infausto lustrales omine lymphas
Faedasse, & sacras, nouus vt Rex vngitur, aras.
Haec praesaga mali iam tunc quoq; signa futuri,
Non sine successu nimis infelice, fuere.
Imperio tandem, frugis cum nullius esset,
Deturbatur iners, melior nec postmodo factus,
Noctes atq; dies Bromio Veneriq; vacabat;
Crudelis, prauusq; tenax, osorque bonorum.
Inuisus posthac patribus populoque Bohaemo
Ventris ob ingluuiem faedam, moresq; malignos,
Admoto vinctus Pragae custode tenetur.
Pertulit ipse fuit captus quoq; vincula fratris
Fraude sed euasit de carcere saluus viroq;,
Et regno & sceptris Regalis in sede potitus.
Mox vbi commota plebs seditione laborat;
Expers consilii, subitoq; exterritus amens
Concidit. hunc talem meruit vita impia finem.

SIGISMVNDVS.

EXcellens acie mentis studiisq; Mineruae
Clarus; at assumtis infelix Marte sub armis,
Nec tamen aduersis fortunae flatibus vnquam
Deuius à recto, aut pauida formidine fractus,
Digna Sigismundus meruit praeconia Caesar.
Quicquid enim debet Princeps laudatus habere,
Virtutis, quicquid veri belloque togaque
Consilii; decus id forti sub pectore clausum
Possedit, nec dote fuit fraudatus ab vlla.
Munificum Clariis sese facilemq; Deabus
Exhibuit, doctosq; viros reuerenter habebat.
Felix si fatis non colluctatus, in omnem
Euentum intrepidus, dubio quoq; Marte fuisset.
Saepe manu valida Geticos inuasit in hostes;
Saepe Bohaemorum tentauit milite robur
Indomitum, pugnans fortuna semper iniqua.
Multa tamen gessit triplici diademate digna,
Digna salutari turbatis Principe rebus,
Ausonias lustrans oras, & schismata purgans,
Queis tūc Romulidûm feruebat factio patrum.
Rege sub hoc Synodus, variis ex partibus orbis,
Pontificumq; Ducumq; ingēs celebrisq; coacta est;
Quà iacet vrbs clarū iactans Constantia nomē,
Diues opum, frugumq; ferax, cōtermina Rheno.
Hic vbi conductu saluo post terga relicto
Insontes

ALBERTVS.

EXstincto fatis socero, rectore Quiritum,
Mox gener Albertus regnis ipsoq; potitur
Imperio. parent Hunni, pariterque Bohemi,
Obsequiumq; palam faciunt, Regemq; salutant:
Et quae longa prius peperit fastidia vulgi,
Diuersa vnanimi cessant opinio voto.
Iam nihil externis metuunt cōsidere, postquam
Indicii grauitas rerumque innotuit vsus
Caesaris Alberti; postquam deuota voluntas
In populum manifesta fuit: se protinus illi
Subiiciunt, pendentq; omnes mandantis ab ore.

[illegible] *in aequa* [illegible]

[illegible]

In Regem [illegible]
Eligitur, [illegible]
Legit [illegible]

[illegible]

d peregrin [illegible]
M[illegible] te, quæ [illegible]
[illegible] *aux* [illegible]
[illegible] *frat* [illegible]
Et dub [illegible]
Et iunst [illegible]
Pe[illegible]ra,pu[illegible] [illegible]
Inerut Natur [illegible]

[illegible]

Corpore præst [illegible]

[illegible] habebas.
[illegible] em
[illegible]
[illegible] tens [illegible]
[illegible] m t[illegible]
[illegible] o tanti [illegible]
Cessit [illegible] a, quam [illegible] adi
Et [illegible] unde [illegible] tebat.
[illegible] co[illegible] n armis.
[illegible] rtem.
[illegible] adere Cæsar
[illegible] R[illegible] nepots
[illegible] r pa[illegible]
[illegible] ne r[illegible]
[illegible] um [illegible] te podagra.

[illegible]CVS [illegible] WLADIS[illegible]A[illegible]

N[illegible] os ne noueras [illegible]
[illegible] udouicus ad arma
Hun[illegible] um simul protenditur, ingẽs
[illegible] d proh quam præcoce fato
In [illegible] ucnem [illegible] racius hausit!
[illegible] tra pue [illegible] tra tanit in p[illegible]
Hun[illegible] di demate frontem.
Re[illegible] ns [illegible] honore
[illegible]
[illegible] na.
[illegible]

C[illegible] da[illegible] populiq; manus, regnumq; fereri

Po[illegible]
[illegible]

[illegible]

H[illegible]
[illegible]
Neum[illegible]
[illegible]
Pr[illegible]ut
[illegible]
[illegible]raci[illegible]
Omni[illegible]
[illegible] R[illegible]
P[illegible]
[illegible]
Imper[illegible]
Europ[illegible]
[illegible]
F[illegible]cit pi[illegible]
Quantu[illegible]
Vnanimi [illegible]
Tot us im[illegible] mole[illegible]
Pr[illegible]tin[illegible] cur[illegible]
Qua[illegible]
[illegible]
C[illegible]
[illegible]



COSMÆ PRAGENSIS DECANI PROLOGVS IN CHRONICAM BOHEmorum, Ad SEVERVM Præpositum.



OMINO Seuero Melnicensis Ecclesiæ Præposito, tam litterali quam spirituali intelligentia prædito, Cosmas Pragensis Ecclesiæ solo nomine Decanus: post huius vitæ stadium in cœlesti regno brauium. Quanta mentis meæ deuotione ac dilectione vestræ paternitati substernor (Deum testor) eloqui nequeo: neque enim est magna dilectio, quam humana cõprehendit ratio. Dilectio enim vera nihil proprium, nihil secretum aut occultum habere quit, quod non ei promat, quem sincero affectu ambit. Ea mihi nisi affuisset, nequaquam tantæ auctoritatis viro hæc mea senilia deliramenta offerre præsumpsissem. Quærens enim quæsiui, quid iocundum, quid otiosum vobis offerrem: sed nihil tam ridiculosum quam opusculum meum inueni. Si enim suauiter ridemus, cum aliquem offendi pede ad lapidem videmus: quot in hoc opere meas offensiones, quot grammaticæ artis synalœphas videbitis. de quibus si per singula ridere velitis, vltra modum potestis vti proprietate hominis. Sed* i.risu *siue vobis solis hæ seniles nugæ placeant, siue displiceant, rogo ne tertius eas oculus videat.*

ITEM AD GERVASIVM MAGISTRVM præfatio operis subsequentis.

LIBERALIVM *artium quibusque studiis pleniter imbuto, & omnimodæ scientiæ sapientia delibuto, Archigerontæ Geruasio, Cosmas quod dicitur, haud dici dignus, Deo tamẽ & Sancto* WENCESLAO *famulantium famulus, debitæ orationis munus & mutuæ dilectionis pignus. Cum acceperis hanc scedulam, scito quod tibi transmiserim Boemorum Chronicã, quam ego nullo grãmaticæ artis lepore politam, sed simpliciter & vix Latialiter digestam tuæ prudentiæ singulari examinandã delibaui, quatenus tuo sagaci iudicio aut omnino abiiciatur, ne à quoquam legatur: aut si legi adiudicatur, lima tuæ examinationis ad vnguem prius elimetur; aut potius (quod magis rogo) per te ex integro Latialius enucleetur. Nam id solum operæ pretium duxi in meo opere, vt vel tu cui à Deo collata est sapientia, vel alii potiores scientia, sicut Virgilius habuit Troiæ excidia, & Statius Æacida*, ita ipsi* i. Achilleida *hoc meum opus habeant pro materia, quo & suam scientiam postea notificent, & nomen sibi memorabile in secula magnificent.*

Igitur huius narrationis sumpsi exordiũ à primis incolis terræ Boemorũ, & perpauca quæ didici, senũ fabulosa relatione, nõ humanæ laudis ambitione, sed ne omnino tradantur relata obliuioni, pro posse & nosse pãdo omnium bonorũ dilectioni. Bonis enim & peritis semper placere glisco, idiotis autem & discolis displicere non pertimesco. Scio enim nonnullos affore æmulos, & eos emori risu subsannationis, cũ viderint scema huius operationis, qui tantummodo docti sunt aliis derogare, & ipsi per se nihil boni sapiunt erogare. De talibus canit Propheta: Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nesciunt. *Hi namque ea solummodo lynceis oculis inspiciunt, & in corde suo velut in adamante figunt memoriter, quæ sunt dicta improprie, aut vbi mens mea dormitans titubauit. Quid mirum?* Quandoque bonus dormitat Homerus. *Horum ego nec inuidiosis derogationibus perterreor, nec ironicis adulationibus permulceor: qui volunt, legant; qui nolunt, abiiciant. Tu autem, frater carissime, si me tuum amicum diligis, si meis precibus tangeris, præcinge lumbos mentis, & accipe in manum rasorium, calcẽ & calamum, vt quod superest radas & quod non est desuper addas, improprie dicta proprietate muta; vt sic mea inscitia tua subleuetur facetia. Non enim ab amico corrigi erubesco, qui etiam ab inimicis nimio affectu emendari exposco. Continet autem hic liber primus Boemorum gesta, prout mihi scire licuit, digesta vsque ad tempora primi* BRATIZLAVI *filii ducis Oalrici. Annos autem dominicæ Incarnationis idcirco à temporibus* BORIVOII *primi Ducis Catholici ordinare cœpi; quia initio huius libri nec fingere volui, nec Chronicã reperire potui, vt quando vel quib. gesta sint temporib. scirem, quæ ad præsens recitabis in sequentib. Vale, & tuo iussu aut me ad cætera euoluẽda præcingam, aut ibi gradum sistã, & meis ineptiis modum figam cœptis. Viue, vale, mea ne renues optata, sed imple. Est autem hæc Chronica composita regnante quarto Heinrico Romanorum Imperatore, & gubernante Sanctam Ecclesiam Dei Papa Kalisto, sub tempore ducis Boemorum* Wladizlai, *simul & præsulis Pragensis ecclesiæ* HERMANNI, *vt in sequentibus datur omnibus scire volentibus, quibus sint acta annis Christi vel indictionibus.*

INCI-

INCIPIT LIBER PRIMVS CHRONICÆ BOEMORVM.



POST diluuii effusionem, post virorum maligna mentē turrim ædificantium confusionem, humanum genus quod tum ferè constabat in L X X. duobus viris, pro tam illicitis & temerariis ausis, cum diuina vltione, quot capita virorum, tot in diuersa linguarum genera diuiderentur, sicut historica relatione didicimus, vnusquisque eorum vagus & profugus longe lateque dispersi, per diuersa spatia terrarum errabant, ac de die in diem corpore decrescentes in generationes & generationes multipliciter crescebant. Vnde humanum genus Dei nutu omnia disponente in tantum diffusum est per orbem terræ, vt post multa secula tandem has etiam in partes deueniret Germaniæ. Cum enim omnis illa regio sub Arctoo axe Tanai tenus vsque ad occiduum sita, licet in ea singula propriis loca nominibus nuncupentur, generali tamen vocabulo Germania vocitatur. Ad hoc ista retulimus, vt nostræ intentionis melius exequi possimus propositum. Veruntamen interim priusquam ad exordium narrationis veniamus, situm terræ huius Boemiæ, & vnde nomen sit sortita, breuiter exponere te[…]abimus. In diuisione orbis secundum Geometricos, Asia nomine sub [..]o dimidium mundi obtinuit, & dimidium Europa & Africa. In Europa sita est Germania, cuius in partibus versus Aquilonalem plagam est locus late nimis diffusus, cinctus vndique montibus per gyrum, qui mirum in modum extenduntur totius terræ per circuitum, vt in aspectu oculorum quasi vnus & continuus mons, totam illam terram circueat & muniat. Huius terræ superficiem tunc temporis vastæ tenebant solitudines nemorum sine habitatore hominum, nimis tamen sonoræ erant examinibus apum, & diuersarum modulationibus volucrum, feræ syluarum innumeræ, ceu maris arenæ vel quot sunt stellæ in æthere. Nec ab vllo perterritæ errabant per deuia terræ, & bestiarum gregibus vix sufficiebat tellus. Ad numerum locustarum æstate per arua saltantium, vix poterant æquiparari armenta iumentorum.* Aquæ [illegible] c[..]æ, & ad humanos vsus sanæ. Similiter & pisces suaues, & ad comedendum salubres. Mira res; & vnde perpendere potes, quàm in alto aere hæc pendeat re[..]. cum nulla peregrina hanc influat aqua, sed quotquot amnes, parui & immanes ex diuersis montibus orti, a maiori aqua quæ dicitur Labe* recepti vsque Aquilonale fluunt in mare. Et quia hæc regio tempore in illo intemtata iacebat aratro, & homo qui [..]tarct adhuc eā non intrarat, de fertilitate siue [..]ate eius magis placuit tacere, quam inexpert[..]m dicere. Has solitudines quisquis fuit [..]um ille, incertum est quot in animabus, postquam intrauit, quærēs loca humanis habitationibus oportuna, montes, valles, tesqua, tempe, visu sagaci perlustrauit, & (vt reor) circa montem Rip inter duos fluuios, scilicet Ocram* & Wultauam, primas posuit sedes, primas fundauit & ædes, & quos in humeris secum apportarat, humi sisti penates gaudebat. Tunc senior [illegible] quasi dominum [illegible], [..] cætera [..] quaces [..] affatur: *O socii nō semel mecum graues labores per deuia nemorum perpessi, sistite gradum, vestris penatibus litate libamen gratum, quorum opem per mirificam hāc vobis olim fato prædestinatam tandem venistis ad patriam. Hæc est illa, hæc est illa terra, quā sæpe me vobis promisisse memini, terra obnoxia nemini, feris & volatilibus referta, nectare mellis & lactis humida, & [..] [..]ter [..]sti ad habitandum aere iocunda. Aquæ ex omni parte copiosa, & [..]ram. dum placeat [..]c vobis nihil deerit quia nullus vobis oberit. Sed cum hæc talis, tam pulchra ac tanta regio [..] manibus vestris sit, cogitate aptum terræ nomen quod sit.* Qui mox quasi ex diuino commonitorac[..]o: *Et vnde* inquiunt, *melius vel aptius nomen inueniemus, quam quia tu pater diceris [..]e[..] dicatur & terra Boemia?* Tunc senior motus sociorum augurio, cepit ter[..] [..] [..] gaudio, gaudens eam ex suo nomine nuncupari, & surgēs ac vtras-

Germania latissime patens.

Boiohemum Taci. & Paterculo.

* al. immerito.

* al. Albis.

* al. Ogrã

Bohemum terra nuncupatur.

que palmas extendens ad sidera, sic orsus est loqui: *Salue terra fatalis, mille votis quæsita nobis, olim diluuii tempore viduata homine, nunc quasi monimenta hominum nos conserua incolumes & multiplices nostram sobolem à progenie in progenies.*

Quorum autem morum quam honestorum, vel quantæ simplicitatis & quam admirandæ probitatis tunc temporis fuerint homines, quamque erga se fideles, & inter ipsos misericordes, cuius etiam modestiæ, sobrietatis, continentiæ, si quis his modernis hominibus, valde contraria imitantibus, pleno ore narrare tentauerit, magnum deueniret fastidium. Propterea hæc prætermittimus, & pauca ac quæ sunt vera, illius primæ ætatis de qualitate dicere cupimus. Felix nimium erat ætas illa, modico contenta sumptu, nec tumido inflata fastu. Cereris & Bacchi munera haud nouerant, quia neque erant. Sera prandia soluebant glande vel ferina carne. Incorrupti latices haustus dabant salubres. Vt solis splendor vel aquæ humor, sic arua & nemora, quin & ipsa connubia erant illis communia. Nam more pecudum singulas ad noctes nouos ineunt hymeneos, & surgente aurora trium gratiarum copulam & ferrea amoris rumpebant vincula, & vbi nox quenque occuparat, ibi fusus per herbam frondosæ arboris sub vmbra dulces carpebat somnos. Lanæ vel lini eis vsus ac vestis ignotus, hyeme ferinis aut ouinis pellibus vtebantur pro vestibus. Nec quisquam *meum* dicere norat, sed ad instar monasticæ vitæ, quicquid habebant, *nostrum*, ore, corde, & opere sonabant. Ad stabula non erant repagula, nec portam inopi claudebant, quia neque fur, neque latro, neque inops quisquam erat. Nullum scelus apud eos furto grauius & latrocinio; nulliusgeneris arma videre, tantummodo sagittas & has propter feriendas feras habuere. Quid plura? proh dolor, prospera in contraria, communia in propria cedunt, securam paupertatem olim amabilem, quasi cœnosam rotam vitant & fugiunt, quia amor habendi sæuior ignibus Ætnæ in omnibus ardet. His ac talibus malis emergentibus de die in diem peius & peius iniuriam, quam nemo prius inferre norat, alter ab altero sibi illatam patienter tollerabat, & cui querimoniam suam applorare, iudicem nec principem habebat. Posthæc quicunque in sua tribu vel generatione, persona, moribus potior & opibus honoratior habebatur, sine exactore, sine sigillo spontanea voluntate ad illum confluebant, & de dubiis causis ac sibi illatis iniuriis salua libertate disputabant. Inter quos vir quidam oriundus extitit nomine CROH, ex cuius vocabulo castrum iam arboribus obsitum in sylua, quæ adiacet pago Ztibene, * situm esse dignoscitur. Vir fuit hic in suis generationibus ad vnguem perfectus, rerum secularium opulentia præcipuus, iudiciorum in deliberatione discretus, ad quem tam de propriis tribubus quam ex totius prouinciæ plebibus, velut apes ad aluearia, ita omnes ad dirimenda conuolabant iudicia. Hic tantus vir ac talis expers virilis fuit prolis: genuit tamen tres natas quibus natura non minores, quàm solet viris, sapientiæ dedit diuitias. Quarum maior natu nuncupata est Kazi, quæ Medeæ Colchicæ herbis & carmine, nec Pæonio magistro arte medicinali cessit: quia sæpe Parcas cessare interminali ab opere, ipsaque fata sequi fecit sua carmina iussa. Vnde & incolæ huius terræ, quando aliquid est perditum, & quod se posse rehabere desperant, tale prouerbium de ea ferunt: *Illud nec ipsa potest recuperare Kazi.* Ad Cereris natam hæc est vbi rapta tyrannam, eius & sequi quæ hodie cernitur tumulus ab incolis terræ ob memoriam suæ dominæ nimis alte congestus, super ripam fluminis Alsæ, * iuxta viam qua itur in partes prouinciæ Bechin, per montem qui dicitur Osseca. Laude fuit digna, tulit natu Tetka secunda, expers & maris, emunctæ fœmina naris. quæ ex suo nomine Techin castrum natura loci firmissimum, præruptæ rupis in culmine iuxta fluuium Msam ædificauit. Hæc stulto & insipienti populo Oreadas, Dryadas, Hamadryadas adorare & colere & omnem superstitiosam sectam, ac sacrilegos ritus instituit & docuit. Sicut hactenus multi villani velut pagani, hic latices seu ignes colit, iste lucos & arbores aut lapides adorat, ille montibus siue collibus litat, alius quæ ipse fecit idola surda & muta, rogat & orat vt domum suam & se ipsum regant. Tertia natu minor, sed prudentia maior, vocitata est Lubossa, quæ etiam vrbem tunc potentissimam iuxta syluam quæ tendit ad pagum Zubrznam, construxit, & ex suo nomine Lubossin eam vocitauit. Hæc fuit inter fœminas vere prorsus fœmina, in consilio prouida, in sermone strenua, corpore casta, moribus proba, ad dirimenda populi iudicia nulli secunda, omnibus affabilis, sed plus amabilis, fœminei sexus decus & gloria, dictans negotia prouidenter virilia. Sed quia nemo ex omni parte beatus, talis

Croco.
* al. Habetur
Kazi.
Lubossa. Vid. Dobrau. ...

talis ac tantæ laudis fœmina (heu dira conditio humana!) fuit Pythonissa. Et quia populo multa & certa prædixit futura, omnis illa gens commune consilium iniens, patris eius post necem, hanc sibi præfecit in Iudicem. Ea tempestate inter duos ciues opibus & genere eminentiores, & qui videbantur populi esse rectores, orta est non modica litigio, agri contigui de termino. Qui in tantum proruperunt in mutuam rixam, vt alter alterius spissam vnguibus volaret in barbam, & nudis conuiciis semetipsos turpiter digito sub nasum confundentes, intrant bacchantes curiam, ac non sine magno strepitu adeunt domnam, & in ratione iustitiæ dubiam inter eos dirimat causam, suppliciter rogant. Illa interim (vt est lasciua mollicies mulierum) quando non habet quem timeat virum, cubito subnixa, ceu puerum enixa, alte in pictis stratis nimis molliter accubabat. Cumque per callem iustitiæ incedens, personam hominum non respiciens, totius controuersiæ inter eos ortæ causam ad statum rectitudinis perduceret, tunc is cuius causa in iudicio non obtinuit palmam, plus iusto indignatus, terque quaterque caput concussit, & more suo terram ter baculo percussit, ac barbam pleno ore saliua conspergens exclamat: *O iniuria viris haud toleranda! fœmina rimosa, virilia iudicia mente tractat dolosa. Scimus profecto, quia fœmina siue stans, siue in solio residens, parum sapit: quanto minus cum in stratis accubat? Revera tunc magis est ad accessum mariti apta, quam dictare militibus iura. Certum est enim longos esse crines omnibus, sed breues sensus mulieribus. Satius est mori, quam viris talia pati. Nos solos opprobrium nationibus & gentibus destituit natura, quibus deest rector & virilis censura, & quos premunt fœminea iura.* Adhæc domna illatam sibi contumeliam dissimulans, & dolorem cordis fœmineo pudore celans subrisit, & *Ita est*, inquit, *vt ais: fœmina sum, fœmina viuo, sed ideo parum vobis sapere videor, quia vos non in virga ferrea iudico, & quoniam sine timore viuitis, merito me despicitis. Nam vbi est timor, ibi est honor. Nunc autem necesse est valde, vt habeatis rectorem fœmina ferociorem. Sic & columbæ olim albiculum miluium, quem sibi elegerunt in regem, spreuerunt vt vos me spernitis, & accipitrem multo ferociorem* * *sibi ducem præfecerunt: qui fingens culpas, tam nocentes quam innocentes cœpit necare, & extunc vsque hodie vescitur columbis accipiter. Ite nunc domum, vt quem vos cras eligatis in dominum, ego assumam mihi in maritum.* * al. fortiorem.

Interea prædictas aduocat sorores, quas non impares agitabant furores, quarum magica arte & propria ludificabat populum per omnia: ipsa enim Lubossa fuit (sicut prædiximus) Pythonissa, vt Cumæa Sibylla, altera venefica vt Colchis Medea, tertia malefica vt Ææa Circe. Illa nocte quid consilii inierint illæ tres Eumenides, aut quid secreti egerint, quamuis ignotum fuerit, tamen omnibus luce clarius mane patuit, cum soror earum Lubossa & locum vbi Dux futurus latuit, & quis esset, nomine indicauit. Quis enim crederet, quod de aratro sibi ducem prærogarent? aut quis sciret vbi araret, qui rector populi fieret? Quid tamen Pythonicus furor nescit? aut quid est quod magica ars non efficit? Potuit Sibylla Romano populo se iem fatorum fere vsque in diem iudicii prædicere, quæ etiam (si fas est credere) de Christo vaticinata est, sicut quidam Doctor in sermone suæ prædicationis versus Virgilii, ex persona Sibyllæ de aduentu Domini compositos introducit. Potuit Medea herbis & carmine sæpe è cœlo Hyperionem & Betecynthiam deducere: potuit imbres, fulgura, & tonitrua elicere de nubibus: potuit regem Egacum de sene facere iuuenem: carmine Circes socii Vlyxis conuersi sunt in diuersas ferarum formas, & rex Picus in volucrem quæ nunc dicitur picus. Quid mirum? Quanta egerunt artibus suis magi in Ægypto? qui pene totidem mira carminibus suis fecerunt, quot Dei famulus Moyses ex virtute Dei exhibuisse perhibetur. Hactenus hæc. Postera die vt iussum fuerat, sine mora conuocat cœtum, congregat populum, conueniunt simul omnes in vnum, fœmina residens in sublimi solio concionatur ad agrestes viros: *O plebs miseranda nimis, quæ libera viuere nescit, & quam nemo bonus nisi cum vita amittit, illam vos non inuiti libertatem fugitis, & insuetæ seruituti colla sponte submittitis. Heu tarde frustra vos pœnitebit, sicut ranas pœnituit, cum hydrus quem sibi fecerant regem, eas necare cœpit. Aut si nescitis, quæ sint iura ducis, tentabo vobis ea verbis dicere paucis. Inprimis facile est ducem ponere, sed difficile est positum deponere. Nam qui modo est sub vestra potestate, vtrum eum constituatis ducem an non, postquam vero constitutus fuerit, vos & omnia vestra erunt in eius potestate. Huius in conspectu vestra febricitata labentur genua, & muta sicco palato adhærebit lingua. Ad cuius vocem præ nimio pauore vix respondebitis, Ita domine, Ita domine: cum ipse solo suo nutu sine vestro*

præiudicio, hunc damnabit, & hunc obtruncabit, istum in carcerem mittet, illum præcipiet in patibulo suspendi. Vos ipsos, & ex vobis quos sibi libet, alios seruos, alios rusticos, alios tributarios, alios exactores, alios tortores, alios præcones, alios coquos seu pistores, alios molendinarios faciet. Constituet etiam sibi tribunos, centuriones, villicos, cultores vinearum simul & agrorum, messores segetum, fabros armorum, sutores pellium diuersarum & coriorum, filios vestros & filias in obsequiis suis ponet, de bubus etiam & equis siue equabus seu pecoribus vestris optima quæque ad suum placitum tollet. Omnia vestra quæ sunt potiora, in villis, in campis, in agris, in pratis, in vineis, auferet & in vsus suos rediget. Quid multis moror? aut ad quid hæc, quasi vos vt terream loquor? Si persistitis in incepto, & non fallitis voto, iam vobis & nomen Ducis, & locum vbi est indicabo. Ad hæc vulgus ignobile confuso exultat clamore, omnes vno ore ducem sibi poscunt dari. Quibus illa, *En*, inquit, *en vltra illos montes* (& monstrauit digito montes) *est fluuius non*
al. Hradec. *adeo magnus nomine Belina, cuius super ripam dignoscitur esse villa, nomine Stadici.* * *Huius in territorio est nouale vnum, in longitudine & in latitudine duodecim passuum, quod mirum in modum, cum sit inter tot agros in medio positum, ad nullum tamen pertinet agrum. Ibi Dux vester duobus variis bubus arat, vnus bos præcinctus est albedine & albo capite, alter à fronte post tergum albus, & pedes posteriores habens albos. Nunc si vobis*
soluterum. *placet, meum accipite thalitarium,* * *& chlamydem, & mutatoria Duce digna, & pergite, ac mandata populi atque mea, referte viro, & adducite vobis Ducem, & mihi maritum.*
Primisl. *Viro nomen est Primizl, qui super colla & capita vestra iura excogitabit plura.* (Nam hoc nomen Latine sonat præmeditans vel super excogitans.) *Huius proles postea hac in omni terra in æternum regnabit & vltra.*

Interea destinantur qui iussa domnæ & plebis ad virum perferant nuncii, quos videns domna quasi inscios de via cunctari; *Quid*, inquit, *cunctamini? ite securi, meum equum sequimini, ipse vos ducet recta via & reducet, quia ab illo non semel trita via est trita.* Vana volat fama, nec non & opinio falsa, quod ipsa domna equitatu phantasmatico semper in noctis conticinio solita sit ire illo, & redire præ gallicinio: quod Iudeus credat apella. Quid tum? Procedunt nuncii sapienter indocti, vadunt scienter nescii, vestigia sequentes equi. Iamque montes transierant, iam iamque adpropinquabant
* Hradici. villæ ad quam ibant, dum illis puer vnus obuiam currit, quem interrogãtes aiunt, *Heus bone indolis puer, est ne villa ista nomine Stadici:* * *aut si est in illa vir nomine Primizl?* *Ipsa est*, inquit, *quam quæritis villa, & ecce vir Primizl prope in agro boues stimulat, vt quod agit citius opus peragat.* Ad quem nuncii accedentes inquiunt, *Vir fortunate, Dux nobis diis generate.* Et (sicut mos est rusticis) non sufficit semel dixisse, sed inflata bucca ingeminant:

Salue dux, salue, magna dignissime laude,
Solue boues, muta vestes, ascende caballum,

Et monstrant vestes, sternutantemque caballum. *Domina nostra Lubossa, & plebs vniuersa mandant, vt cito venias, & tibi ac tuis nepotibus fatale regnum accipias. Omnia nostra & nos ipsi in tua manu sumus, Te ducem, te iudicem, te rectorem, te protectorem, te solum nobis in dominum eligimus.* Ad quam vocem vir prudens quasi futurorum inscius substitit, & stimulum quem manu gestabat, in terram fixit, & soluens boues, *Ite illuc vnde venistis*, dixit, qui statim citius dicto ab oculis euanuerunt; & nusquam amplius comparuerunt. Corylus autem quam humi fixit, tres altas propagines, & quod est mirabilius, cum foliis & nucibus produxit. Viri autem illi videntes hæc talia ita fieri, stabant obstupefacti. Quos ille grata vice hospitum inuitat ad prandium, & de pera
tensori subere contexta excutit mucidum panem & formatici * partem, & ipsam peram in cespite pro mensa, & super rude textum ponit, &c. Interea dum prandium sumunt, dum aquam de amphora bibunt, duæ propagines siue virgulta duo aruerunt & ceciderunt, sed tertia multo altius & latius accrescebat. Vnde hospitibus maior excreuit admiratio cum timore. Et ille, *Quid admiramini*, inquit. *Sciatis ex nostra progenie multos dominos nasci, sed vnum semper dominari. Atque si domina vestra non adeo de hac re festinaret, sed per modicum tempus currentia fata expectaret, vt pro me tam cito non mitteret; quot natos hic riles natura proferret, tot dominos terra vestra haberet.* Po[illegible] li, & calceatus calciamento regali, aerem ascendit equum [illegible] immemor, tollit secum suos cothurnos ex omni parte subere consutos, quos fecit [illegible]

ri in posterum, & seruantur Wisegrad in camera Ducis vsq; hodie, & in sempiternum. [Idē Sylvius cap. 6.] Factum est autem, dum per compendia viarum irent, nec tamen adhuc illi nuncii ceu ad nouicium dominum familiares loqui auderent; sed sicut columbæ, si quando aliqua peregrina ad eas accedit, inprimis eam pauescũt, & mox in ipso volatu eam assuefaciunt, & eam quasi propriam faciunt & diligunt; sic illi cum fabularentur equitantes, & sermocinationibus iter abbreuiarent, ac iocando per scurrilia verba laborem fallerent, vnus qui erat audacior & lingua promptior: O Domine, dic, inquit, *nobis ad quid hos cothurnos subere consutos, & ad nihilum, nisi vt proiiciantur, aptos, nos seruare fecisti: Non satis possumus admirari.* Quibus ille, *Ad hæc,* inquit, *eos feci, & faciam in æuum* seruari, vt nostri posteri sciant, vnde sint orti, & vt semper viuant pauidi & suspecti; neu homines à Deo sibi cõmissos iniuste opprimant per superbiam: quia facti sumus omnes æquales per naturam. Nunc autem & mihi liceat vos vicissim percontari, Vtrum magis laudabile est, de paupertate ad dignitatem prouehi, an de dignitate in paupertatem redigi? Nimirum respondebitis mihi, Melius esse prouehi ad gloriam, quam redigi ad inopiam. Atqui sunt nonnulli parentela geniti ex nobili, sed post ad turpem inopiam redacti & miseri facti, cum suos parentes gloriosos fuisse & potentes aliis prædicant, haud ignorant quod semetipsos inde plus confundunt & deturpãt, cum ipsi per suam hoc amiserunt ignauiam, quod illi habuerunt per industriam. Nã fortuna semper hanc ludit aleam sua rota, vt nunc hos erigat ad summa, nunc illos mergat in infima: vnde fit, vt dignitas terrena quæ erat aliquando ad gloriam, amissa sit ad ignominiam. At vero paupertas per virtutẽ victa, non se celat sub pelle lupina, sed victorem suum tollit ad sidera, quem olim secum traxerat ad infera.* [* al. nocuum] Postea verò quã iter emensi fuerãt, & iã iamq; prope ad vrbẽ venerant, obuiam eis domna stipata suis satellitibus accelerat, & inter se cõsertis dextris cũ magna lætitia tecta subeũt, thoris discumbunt, Cerere & Baccho corpora reficiunt, cætera noctis spatia Veneri & hymenæo indulgent. Hic vir, qui verè ex virtutis merito dicendus est Vir, hanc effe: tam gentem legibus frenauit, & indomitum populum imperio domuit, & seruituti qua nunc premitur subiugauit, atque omnia iura quibus hæc terra vtitur & regitur, solus cũ sola Lubossa dictauit. [PRIMISLAVS Dux I. Dubrau. lib. 2.] Inter hæc primordia legum quadam die prædicta domina Pythone concitata, præsente viro suo Primizl, & aliis senioribus populi adstantibus, sic est vaticinata: *Vrbem conspicio fama quæ sidera tanget, Est locus in sylua, villa qui distat ab ista Terdenis stadiis, quem Wltaua terminat vndis. Hunc ex parte aquilonari valde munit valle profunda riuulus BruZnica*: at australi ex latere latus mons nimis petrosus qui à petris dicitur Petrun,* supereminet loca. Loci autem mons curuatur in modum Delphini marini porci, tendens vsque in prædictum amnem, ad quem cum perueneritis, inuenietis hominem in medii sylua limen domus operantẽ. Et quia ad humile limen etiam magni domini se inclinant, ex euentu rei vrbem quam ædificabitis, vocabitis Pragã. Hac in vrbe olim in futurum bina aurea ascendent oliua, quæ cacumine suo vsq; ad septimum penetrabunt cælum, & per totum mundum signis & miraculis coruscabunt. Has in hostiis & munerib. colent, & adorabunt omnes trib. terræ Boemiæ, & nationes reliquæ. Vna ex his vocabitur Wechlaua, latine Maior gloria, altera Tresitueya, latine Exercitus consolatio.* [Bruhnica al. Petrin.] Plura locutura erat* si non fuisset spiritus pestilens, sed prophetans à plasmate Dei. Cõtinuo itur in antiquã syluam, & reperto dato signo, in prædicto loco vrbem totius Boemiæ domnam ædificauit Pragam. [al. si non fuisset spiritus pestilens & prophanus a plasmare Dei.] [Praga condita.] Et quia ea tempestate virgines huius terræ sine iugo pubescentes, veluti Amazones, militaria arma affectantes & sibi ductrices facientes, pari modo vti tyrones militabant, venationibus per syluas viriliter insistebant. Non eas viri, sed ipsæmet sibi viros, quos & quando voluerunt, accipiebant. Et sicut gẽs Scythica, Plauci siue Picenatici, vir & fœmina in habitu nullũ discrimẽ habebant. Vnde in tã[illegible]ũ fœminea excreuit audacia, vt in quadam rupe non longe à prædicta vrbe, oppidũ natura loci firmum sibi construerent, cui à virginali vocabulo inditum est nomen DIEWIN. [Dievum.] Quod videntes iuuenes, contra eas nimio zelo indignantes, multo plures insimul conglobati, non longius quam vnius buccinæ in altera rupe inter arbusta ædificant vrbẽ, quã moderni nuncupãt Wissegrad, tunc autẽ arbustis traxerat nomen NVRASTEN. [Wissegrad.] Et quia sæpe virgines solertiores ad decipiendos iuuenes fiebant, sæpe autem iuuenes virginibus ferociores existebant, modo bellum modo pax inter eos agebatur. Et dum interposita pace potiuntur, placuit vtrisque partibus, vt componerent cibis & potibus symbolum, & per tres dies sine armis solennem insimul agerent Iu[illegible] in constituto loco. Quid plura? Non aliter iuuenes cum puellis ineunt cõuiuia ac si lupi rapaces quærẽtes edulia vt intrarẽ ouilia. Primã diẽ epulis & nimiis potib. hilarẽ d[illegible] q; volũt sedare sitim, sitis altera creuit. Lætitiãq; suã iuuenes vix noctu ad horã [illegible]erũt. Nox erat & cœlo fulgebat luna sereno. Inflãs tũc lituũ dedit vn' eis ita signũ,

dicens: *Lusistis satis, edistis satisque bibistis, Surgite vos rauco clamat Venus aurea sistro.* Moxque singuli singulas rapuere puellas. Mane autē facto, iam pacis inito pacto, sublatis Cerere & Baccho, ex earum oppido muros Lemniaco vacuos indulgent Vulcano. Ex illa tempestate post obitum Principis Luboffæ sunt mulieres nostrates virorum sub potestate.

NEZAMIL *Vulg. Nemislaus.* MNATA. VOYN. *Vul. Vogenus.* VNISLAV. *Vulg. Vnislaus* CREZOMIL. NECLAN. *de quo Dubrau. lib. 3.*

Et quoniam omnibus ire quidem restat Numa quo peruenit & Aneus, Primizliam plenus dierum, postquam iura instituit legum, quem coluit viuus vt deum, rapt* est ad Cereris generū, cui Nezamizl successit in regnum. Hunc vbi mors rapuit, Mnata principales obtinuit fasces. Quo decedente ab hac vita, Voyn suscepit rerum gubernacula. Huius post fatum Vnizlau rexit ducatum. Cuius vitam dum rumpunt Parcæ, Crezomizl locatur sedis in arce. Hoc sublato è medio Neclan ducatus potitur solio. Hic vbi vita discessit Gostiuit throno successit. Horum igitur Principum de vita & morte siletur, tum quia ventri & somno dediti, inculti & indocti assimilati sunt pecori, quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima fuit oneri; tum quia non erat illo in tempore, qui stylo eorum acta commendaret memoriæ. Sed sileamus de quibus siletur, & redeamus vnde paulo deuiauimus.

GOSTIVIT. *Vulg. Hostiuicus.* BORIVOIVS. *Dubra. lib. 4.*

Gostiuit autem genuit Boriuoy, qui primus Dux baptizatus est à Venerabili Methodio episcopo in Morauia, sub temporibus Arnolphi Imperatoris, & Zuatoplick eiusdem Morauiæ regis. Nec superfluum esse iudicamus, quod referente fama audiuimus, huic operi nostro hoc in loco summatim litterarū apicibus inserere bellum, quod olim antea retro dierum tempore ducis Neclam in campo qui dicitur Iurzko consertum est inter Boemos & Lutzanos, qui nunc à modernis ab vrbe Satz vocantur Satzenses*. Vnde autē antiquitus nuncupentur ea natio Luzano, nolumus præterire sub silentio. Quippe illa distinguitur prouincia quinque regionibus locorum per compendia. Prima regio est sita circa riuum nomine Guntna. Secunda est ex vtraque parte fluuii Vrkca. Tertia extenditur per circuitum torrentis Brocnica. Quarta quæ & Syluana dicitur, sita est infra terminos fluminis Msa. Quinta quæ in medio est, dicitur Luka: pulcherrima visu & vtilissima vsu, ac vberrima satis, nec non abundantissima pratis, vnde & nomen ipsa regio traxit, quia *Luka* Latine pratum dicitur. Et quando hæc regio primum, longe antequam Satz vrbs condita foret, est inhabitata hominibus, recte eius incolæ sunt regione Luczane, nuncupatæ. His præfuit Dux nomine Wratizlau vir bellicosus in bellis, armis animosus, ac consiliis supra modum dolosus, satisque in præliis felix potuisset dici, si sors suprema non clausisset eum fine infelici. Nam contra Boemos frequenter susceperat bellum, & semper Marte secundo atque Diis auspicibus præualuerat, terramque eorum sæpe ingressus cædibus, incendiis ac rapinis crudeliter deuastauerat, & ipsos populi primates in tantum præsidiis attenuarat, vt paruo clausi in oppido, quod dicitur Leuigradec, hostium incursiones timerent oppido. Hic condidit vrbem quam appellauit nomine suo Wlatzizlau inter duos montes Meduez & Pripek, scilicet in confinio duarum prouinciarum Belina & Lutomerici, & posuit in ea viros iniquos, ob insidias vtriusque populi, quia hi adiuuabant partes Boemorum. Et sicut in omni vicissitudine rerum prosperitas eleuat, aduersitas humiliat cor hominum, ex nimia quam semper obtinuit in præliis prosperitate exaltatum est cor Ducis & eleuatum, vt mente feroci exardesceret omnem Boemiam ad obtinendum. Ah, mens hominum ignara futurorum sæpe fallitur suo augurio: sæpe fit, quod ante ruinam extollitur cor, sicut ante lætitiam sæpe humiliatur. Mox tumido inflatus fastu superbiæ, scire volens virtus sua quantæ sit potentiæ, mittit gladiū per omnes fines totius prouinciȩ, hac conditione principalis sententiȩ, vt qui corporis statura pręcellens gladii mensuram, seguius iusso egrederetur ad pugnam proculdubio puniretur gladio. Quo citius dicto vt vidit in condicto coadunatos loco, stans in medio aggere corona vulgi septus, clypeoque subnixus, manuensem vibrās sic est exorsus: *O milites, quibus vltima in manibus est victoria, olim non semel vicistis, iam actum agitis. Quid opus est armis? Arma ad speciem militiæ portare faciatis. Quin potius falcones, nisos, herodios, & omne huiusmodi genus volatilium, quod magis aptum est ad iucunditatem & ludum, tollite vobiscum, quibus carnes inimicorum si forte sufficient dapibus ad vescendum. Teste Marte deo & mea domina Bellona, quæ mihi fecit omnia bona, per capulum ensis mei iuro quem manu teneo, quod pro infantibus eorum catulos canum ponam ad vbera matrum. Leuate signa, tollite moras, semper nocuit differre paratis. Ite iam velociter, & vincite feliciter.* Exoritur clamor ad ęthera, vtilis & inutilis, fortis & vilis, potens & impotens, perstrepunt, *Arma, Arma.*

al. Zatzenses *Luca.* *Vratislaus dux.* *Wlatislaus vrbs.*

ma. Saltat ſcabioſa equa, vt acer equus in pugna. Interea quędam mulier vna de numero E[illegible]menidum, vocans ad ſe priuignum, qui iam iturus erat ad prælium; *Quamuis,* inqui[illegible] *non eſt naturale nouercis, vt benefaciant ſuis priuignis* [illegible] *tamen non immemor conſortii tui patris, cautum te faciam, quo poſſis viuere ſi vis. Scias Boemorum ſtrigas ſiue lemures noſtras præualuiſſe votis Eumenides, vnde noſtris vſque ad vnum interfectis dabitur victoria Boemis. Hanc tu quo tandem valeas euadere cladẽ, quem in primo cõgreſſu interficies tibi aduerſantem, vtramq́ ſibi abſcindẽs aurem mitte in tuam burſam, & inter vtroſq́ pedes equi in modum crucis euaginato enſe terram lineabis. Hoc n. faciens inuiſibiles ligaturas laxabis, quibus ira Deorum veſtri equi obligati deficient & cadent, quaſi ex longo itinere fatigati, moxq́ inſiliens equum terga vertes: & ſi magnus poſt te timor vel fragor ingruerit, nunquã retro aſpicies fuga, in ſed acceleres, atq́ ita tu ſolus vix effugies. Nam Dii, qui nobiſcum comitabantur in prælium, verſi ſunt in auxilium inimicis noſtris.* At contra Boemis reſiſtere non valentibus; hoſtib. quippe iam totiens triũphantibus, vna ſalus erat victis nullam ſperare ſalutem. Sed ſicut ſemper infideles homines, & eo ad malum proniores, vbi deficiũt vires & bonæ artes, illico ad deteriores prauitatis vertuntur partes. Haud aliter gens iſta vanis ſacris dedita, plus mendaciis credula, ia deſperantes virib. & armis militaribus, quandam adeunt ſortilegam & conſulunt eam, atq; inſtant vt edicat, quid opus ſit facto in tali diſcrimine rerum, aut quos euentus futurum obtineat bellum. Illa vt erat plena Pythone, ambigua non tenuit eos diu verborũ ambage: *Si vultis,* inquit, *triumphum victoria conſequi, oportet vos prius iuſſa Deorum exequi. Ergo litate Diis veſtris aſinum, vt ſint & ipſi vobis in aſylum.* Hoc votum fieri *ſummus Iupiter, & ipſe Mars ſororq́ eius Bellona, atq́ gener Cereris iubet.* Quęritur interim miſer aſellus & occiditur, & vt iuſſum fuerat in mille millies fruſta cõciditur, atq; ab vniuerſo exercitu citius dicto cõſumitur. Quibus ita eſu animatis aſineo, res ſimilis prodigio, cerneres lętas phalanges & viros mori promptos, vt ſyluaticos porcos; & ſicut per aquoſam nubem fit ſol clarior & viſu iucundior, ita poſt nimiam inertiam exercitus ille fuit alacrior & ad pugnam audacior. Interea dux eorum Neclan lepore pauidior, & pardo fuga velocior, pugnam imminentem pertimuit, & ficta infirmitate in caſtro ſupra dicto delituit. Quid facerent membra ſine capite? aut milites in prælio ſine duce? Erat ea tempeſtate quidã vir præcipuus honeſtate corporis, ætate, & nomine Tyro: & ipſe poſt Ducem ſecundus *Tyro.* imperio, qui ad occurſum mille oppugnantium in prælio nullum timere, nemini ſciuit cedere. Hunc Dux clam ad ſe vocat, & præcipit vt arma ſua induat, & paucis clientibus id ſcientibus herilem equum iubet vt aſcendat, atq; vice ſui milites ad pugnam præcedat quæ non longe ab vrbe, ſed quaſi duob. ſtadiis diſtabat. Ventum erat ad campum ab vtriſq; exercitibus condictum, ſed prius Boemii præoccupant collem in medio cãpo eminentem, vnde & hoſtes præuiderent aduentantes, & his æſtimabatur Dux ſtãs in eminentiori loco, concionaretur ad milites Tyro: *Si fas,* inquit, *eſſet duci, verbis addere virtutem militibus, multiplicibus vos tenerẽ verborum ambagibus. Sed quia hoſtis* [illegible] *oculum ſtat, & breue tempus exſtat, fas mihi ſit vos vel paucis ſuccendere dictis. Omnib. in bello dimicandi par eſt deuotio, ſed impar vincendi conditio vel ratio. Illi paucorum pugnant pro gloria; nos pro patria dimicamus, & populi atq́ noſtra libertate, & ſalute vltima. Illi vt rapiant aliena; nos vt defendamus dulcia pignora & cara connubia. Confortamini, & eſtote viri. Nam Deos veſtros quos hactenus habuiſtis offenſos, placaſtis votis, quibus placari voluerunt. Ergo timorem eorum ne timueritis: quia quib. in prælio timor officit animo, maximo verſantur in periculo, audacia autem habetur pro muro, audacibus & ipſi Dii auxiliantur. Credite mihi vltra illa caſtra ſalus poſita eſt & gloria. At ſi terga hoſtibus vertitis, mortem tamen non effugitis. Sed vtinam mortem, verum peius morte agetur, coniuges veſtras in conſpectu veſtro violabunt, & in ſinu earum infantes ferro trucidabunt, & ad lactandum eis catulos dabunt: quia victis vna eſt virtus, victoribus nil denegare.* Interea D[illegible]x L[illegible]cenſis ferociſſimus mente cũ ſuperbiſſima gente; quibus & hodie à malo innatum eſt ſuperbire veniens ex aduerſo, vt vidit hoſtes non cedere loco, iubet ſuos pauliſper [illegible]are illico; & quaſi condolens ſuper fata inimicorum his dictis acuit animos eorum [illegible] *O miſerabiles timidorum hominum manus! fruſtra prendunt colles, quibus deſunt vir[illegible] & bellicæ artes, nec iuuat collis, ſi [illegible]irtus debilis. Cernitis quia in planum non audent vob[illegible] currere campis [illegible] nimirum [illegible] ſi non fallor) iam fugere parant. Sed vos, priuſquam fugiant, irr[illegible]e ſuper eos impetu repentino, & ſub pedibus veſtris ceu friuola ſtipularum vt conterantur, f[illegible]e more ſolito. [illegible]arcite ne ignauorum ſanguine polluatis fortia tela, ſed potius ſubmittite quæ [illegible] volatilia [illegible]t perterrefaciatis falconibus pauidas acies vt columbas.* Quod vt fa[illegible] tanta fu[illegible] denſitas diuerſarum auium, vt ſub pennis earum obſcuraretur aer v[illegible]ut ſub aquoſ[illegible], vel nigræ tempeſtatis tempore. Hoc cernens intrepidus

Tyro, cepit [illegible] interrumpens colloquium ad suos dixit: *Si forte contigerit me mori in prælio, sepelite me in hoc colliculo & construite mausoleum mihi in secula nominatiuum & memoriale: vnde & hodie nominatur militis acerrimi Bustum Tyri.* Moxque prosiliens ceu maxima moles rupis, quæ flumine rupta de summitate alti montis fertur per abrupta loca, sternens omnia [illegible], haud aliter ruit fortissimus heros [illegible] in confertissimos hostium cuneos. Ac velut si quis in horto tenera papauera succideret ferro, ita obstantium [illegible] capita hostium; donec plurimis hastis [illegible] quasi herinacius in media strage super magnam struem occisorum cecidit. [illegible] tum est quis, a quo vel quali vulnere quisque ceciderit: nisi hoc solum scimus pro certo, quia Boemii potiti sunt triumpho, Lucensibus omnibus interfectis vsque ad vnum, præter illum videlicet quem nouerca olim præmonuerat euntem ad prælium. Isque dum iussa [illegible] nouercæ, præpeti elapsus fuga, domum [illegible] citus veniret ad domum, ecce vxor sua plangebat defuncta. Quam vt viderat vir suus, dum disco operuisset faciem eius (res similis fictæ) visum est funus [illegible] in fœmineo pectore vulnus, & abscissas aures. Tunc vir recolens quod factum fuerat in prælio, protulit aures de bursa cruentis cum inauribus, atque recognouit hanc fuisse in specie illius, quem aduersariem occidit in bello. Post hæc [illegible] [illegible] tes terram illam, & nullo resistente deuastantes eam, ciuitates [illegible] [illegible] as co[illegible], spolia multa acceperunt. Inter quæ filium [illegible] quandam vetulam mulierem inueniunt latitantem. Quem Dux vt vidit, quamuis pagan[illegible], tamen vt catholicus bonus, misericordia super eum motus, ætatulæ eius [illegible] mæ pepercit, & nouam vrbem in plano loco construens nomine Oragus super ripam fluuii Oggre, iuxta pagum Postolobrith, vbi nunc cernitur [illegible] Mariæ cœnobium, tradidit & ciuitatem eam & puerum pædagogo, cui antea pater suus eum commiserat, nomine Duringo, qui fuit de Zribia genere, excedens hominem scelere, vir pessimo peior, & omni belua crudelior. Quod vtique factum est omnium consilio Comitum, vt populus qui dispersus fuerat, ad [illegible] herilem suum quippe principem, ceu apes ad suam matterculam confluerent: tum si quando resistere vellent in plano loco facile capi possent, tum quia cum [illegible] alienigena non tam cito conspiraret plebs indigena. His ita dispositis repedant ad propria cum magna lætitia, atque victrices aquilas in sua referunt spatia.

Interea scelestus Zribni ille deterior infidele, perpetrat scelus crudele. N[illegible] quadam die piscatores nunciant stationem piscium non modicam in placida aqua sub glacie noua. Erat enim glacies perspicua, quam nec adhuc aura corruperat, nec puluis commaculauerat. Tunc ille Iudas secundus Durinch ratus esse con[illegible] tempus ad exercendam suam nequitiam, quam dudum mala mente mal[illegible] conceperat in domini sui vitam vel necem, ait ad puerum: *Eamus piscari*, q[illegible] fraude parabat [illegible]. Quo cum peruenissent, inquit, *O mi domicelle, pe[illegible] tes ecce sub glacie [illegible] es, plusquam mille.* At ille [illegible] cut erat puer, pueriliter [illegible] enua [illegible] ctens, dum inspicit sub glacie pisces, securus secur[illegible] m [illegible] collo excepit. & [illegible] hostis pepercit, [illegible] s cum pædagogus interfic[illegible] [illegible] ugerunt omnes a tali [illegible] culo. At i[illegible] parricida, quod no[illegible] potuit vn[illegible] securis [illegible] tell[illegible], c[illegible] in illo, abscidens vt porcell[illegible] quod a[illegible] ens [illegible] mysæ, ve[illegible] pro honore mund[illegible] n[illegible] e, vt ad D[illegible] sibi [illegible] commiserat, infelix mal[illegible] d[illegible]. Fe[illegible] sine mora funesta dona [illegible] rans pro tali facto innumera co[illegible] enit Ducem in Pragen[illegible] tio cum omnibus residentem Com[illegible], atque optimum ratus f[illegible] e, [illegible] in conspectu omnium f[illegible] m [illegible] & salutat [illegible] & resalutatus [illegible] expo[illegible], & v[illegible] a c[illegible] a f[illegible], [illegible] o, *en [illegible] mea [illegible] feci securi, vt [illegible] omnes dormiat[illegible] m[illegible] e autem [illegible]. S[illegible] scintilla, quam incaute custos domus [illegible] excita[illegible] ma[illegible] lum domum, sed etiam [illegible] & om[illegible] minos. [illegible] intellam, [illegible] uens, & prauidens [illegible] irum [illegible] am, ex[illegible] xi, [illegible] posteros [illegible] ra cade, quasi ex diuini oracu[illegible] o pramon[illegible] protexi V[illegible] aut[illegible] m qui [illegible] mentaucnite. [illegible] um fi [illegible] omnes sciant [illegible] um m[illegible] si d[illegible] plus mihi debet quod [illegible] si non facitis scelus. An ide[illegible] debu[illegible] a pa[illegible] eius vestros infantes interficere, & catulos voluit ponere ad sugendum [illegible] C[illegible], nec carnes suaues rabidis, nec suaue lupinis. Ecce paterni sanguinis vltor [illegible] ue noct[illegible]*

Duringus scelus.

iacet sine vestro sanguine victus. Quin ite potius, accipite regnum ocius, quod sine metu possidebitis in sempiternum felicius. Et statim protulit caput in disco tenellum, in quo nihil adhuc viui hominis fuit exterminatum, nisi tantum quod erat voce priuatum. Expauit Dux, corda tremuerunt Comitum, confusum inhorruit murmur. Tum Dux torsit caput à munere nefando, & soluit ora talia fando: *Aufer ab aspectu nostro tua dona sceleste, tua scelera excedunt modum & veniam, nec dignam inueniunt vindictam. Ad hoc flagitium nec potest dignum excogitari præiudicium, nec par supplicium. An putas, quod facere non potuissem quod fecisti, si voluissem? Mihi autem fuit licitum occidere inimicum, sed non tibi dominum. Hoc quod peccasti, peccatum maius est, quam dici peccatum potest. Certe quicunque te occiderit, vel occidere te iudicauerit, non solum peccatum, sed duplex peccatum incurrit; quia & peccatum quod occideris, & peccatum quod occidisti dominum, pro vtroq; peccato triplicatum portabit peccatum. Verum si pro hoc tam scelere immani aliquod à nobis donatiuum sperasti, scias tibi pro magno munere hoc dari, vt vnam de tribus quam velis eligas mortem. Aut te præcipites ex alta rupe, aut te manibus tuis suspendas in quauis arbore, aut scelerosam vitam tuo finias ense.* Ad hæc vir ingemiscens ait: *Heu quam male virum habet, cum præter spem sibi euenit.* Et statim abiens in alta alno suspendit se laqueo. Vnde alnus illa quamdiu non cecidit, quia iuxta viam erat, dicta est alnus Duringi. Et quoniam hæc antiquis referuntur euenisse temporibus, vtrum sint facta an ficta, lectoris iudicio relinquimus. Nunc ea quæ vera fidelium relatio commendat, noster stylus, licet obtusus, tamen deuotus, ad exarandum digna memoriæ se acuat.

Lucan.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCXCIIII. Boriuoy baptizatus est primus Dux sanctæ fidei catholicus. Eodem anno Zuatopluck * rex Morauiæ (sicut vulgo dicitur) in medio exercitu suorum delituit & nusquam comparuit. Sed reuera dum in seipsum reuersus, cum recognouisset, quod contra dominum suum Imperatorem & compatrem Arnulphum iniuste & quasi immemor beneficii arma mouisset, qui sibi non solum Boemiam, verùm etiam alias regiones hinc vsque ad fluuium Odram, & inde versus Vngariam vsque ad flumen Gron subiugarat; pœnitentia ductus, mediæ noctis per opaca nemine sciente ascendit equum, & transiens sua castra fugit ad locum in latere montis Zober situm, vbi olim tres Heremitæ inter magnam & inaccessibilem hominibus syluam eius ope & auxilio ædificauerant ecclesiam. Quo vbi peruenit, ipsius syluæ abdito in loco equum interficit, & gladium suum humi condidit, & vt lucescente die ad Heremitas accessit; quis sit, illis ignorantibus, est tonsuratus & heremitico habitu indutus, & quamdiu vixit omnibus incognitus mansit; nisi cum iam mori cognouisset, monachis semetipsum quis sit innotuit, & statim obiit. Cuius regnum filii eius paruo tempore, sed minus feliciter tenuerunt, partim Vngaris illud diripientibus, partim Teutonicis Orientalibus, partim Poloniensibus solotenus hostiliter depopulantibus.

** Vulg. Suatocopius.*

Arnulphus Imp.

Boriuoy autem genuit duos filios Zpitigneum, & Wratislaum, ex ea quæ fuit filia Zlauboris Comitis de Castello Pson nomine Ludmila. Quo feliciter vniuersæ carnis viam ingresso, successit paternum in principatum Zpitignen, * post cuius obitum obtinuit Wratislau ducatum, qui accepit vxorem nomine Dragomir de dutissima gente Luticensi, & ipsam saxis dutiorem ad credendum, ex prouincia nomine Stodor. Hæc peperit binos natos, Wenceslaum Deo & hominibus acceptabilem, & Boleslaum fraterna cæde execrabilem. Qualiter autem gratia Dei semper præueniente & subsequente vbique, Boriuoy adeptus sit sacramentum Baptismi, aut quomodo per eius successores his in partibus de die in diem sancta processerit religio Catholicæ fidei, vel qui dux quas aut quot primitus Ecclesias credulus erexit ad laudem Dei, malumus prætermittere, quàm fastidium legentibus ingerere: quia iam ab aliis scripta legimus quædam in priuilegio Morauiensis Ecclesiæ, quædam in epilogo eiusdem terræ atque Boemiæ, quædam in vita vel passione sanctissimi nostri patroni & martyris Wenceslai. Nam & elcæ execrantur quæ sæpius sumuntur. Inter hos autem annos quos infra subnotauimus, facta sunt hæc quæ scripta prælibauimus: non tamen scire potuimus, quibus annis sint gesta siue temporibus.

SPITIGNEVS.

S. Wenceslaus martyr. Pet. de Natal. lib. 8 cap. 127.

Anno Dominicæ Incarnat. DCCCXCV.
& seqq. vsque ad
Annum Dom. Incar. DCCCCXXVII.

Anno Dom: Incarnationis DCCCCXXIX. quarta Cal. Octobris Sanctus Wenceslaus Dux Boemorum fraterna fraude martyrisatus in vrbem intrat perpetuam, cœli scilicet aulam. Nam Boleslaus, haud dignus diei sancti viri germanus quam fraudulenter fratrem suum inuitauerit ad conuiuium, quem potius machinabatur ob regni retinendi gubernacula necandum, aut qualiter coram hominibus sed non apud Deum dissimulauerit fratricidii reatum, sufficienter dictum puto in passionis eiusdem sancti viri tripudio. Cuius post vitæ brauium, alter Cayn Boleslaus heu male adoptatum obtinuit Ducatum. Hæc autem inter conuiuia (vt supra retulimus) fraterna cæde execrabilia, nascitur proles eximia Ducis Boleslai ex coniuge egregia, cui ex euentu rerum nomen est inditum Ztrabquaz: quod nomen sonat *terribile conuiuium*. Quod tamen terribilius potest esse conuiuium, quàm in quo perpetratur fratricidium. Ergo Dux Boleslaus conscius sceleris patrati, timens pœnas tartari, mente semper recolens sagaci quoquo modo posset Deus super hoc crimine placari, votum vouit Domino dicens: *Si iste meus filius*, inquit, *superstes fuerit, ex toto corde meo deo eum voueo, clericus vt sit, & seruiat Christo omnibus diebus vitæ suæ, pro meo peccato & huius terræ pro populo.*

BOLESLAVS Dux. Æn. Syluius. cap. 15. Dubra. lib. 5.

Post hæc genitor voti non immemor, cum esset iam puer docibilis & multum parentibus amabilis, non ferens pater vt suis discederet præ oculis, misit eum Ratisbonam, tradens sub regulares alas Abbati sancti Emeramni martyris. Ibi Ecclesiasticis & regularibus sanctionibus est imbutus, ibi monachico habitu indutus, ibi vsque ad virile robur est enutritus: de cætero vitæ eius cursu in sequentibus sat manifestabitur. De actibus autē ducis Boleslai nihil aliud dignum relatione percipere potui, nisi vnum quod vobis operę precium pandere duxi. Nam seruus dei Wenceslaus Ecclesiam in metropoli Praga sub honore sancti Viti martyris constructam, non tamen consecratam morte præuentus reliquit. Hanc vt consecrare dignaretur, qui tunc præerat Ratisbonesi Ecclesiæ præsul nomine Michael, Dux Boleslaus supplex, missis legatis cum magnis muneribus & maioribus promissionibus atque pollicitationibus, quo petitionem suam adimpleret, vix impetrauit. Quod vtique haud annuisset Præsul, nisi ob recordationem animæ & salutem Wenceslai amici sui iam interfecti id deliberasset fieri: quia vir Dei Wenceslaus dum carne viguerat, nimio eum affectu coluerat, vtpote patrem spiritualem & benignissimum præsulem. Nam & præsul Michael similiter hunc sibi adoptauerat in filium dilectissimum, eum sæpe instruens timorem & amorem Dei, cum sæpe mittens ei sua donaria, quibus maxime illo in tempore indigebat noua Ecclesia Christi. Mox vbi dux est factus compos voti, plebs vniuersa & proceres atque clerici obuiam aduenienti Episcopo ruunt deuoti, & cum magno honore & lætitia recipiunt eum in Metropolis Pragæ ædificia. Quid multa? Decimo Calendas Octobris dedicata S. Viti Ecclesia, lætus repedabat Præsul ad propria.

Michael Episcopus Ratisbon.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXX. Otto filius Henrici Imperatoris Edgiel * filiam Anglorum regis duxit vxorem.

** al. Adelhard.*

Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXI. Henricus Imperator Regem Abotridorum, & Regem Danorum, effecit Christianos.

HENRICUS I. Imp.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXII. intra nonas Martii, translatum est corpus S. Wenceslai Martyris de Boleslau oppido in vrbem Pragam, inuidi fratris odio, siquidem frater eis Boleslaus de die in diem peius faciens & peius, nulla compunctus sui facinoris pœnitentia, mente intulit tumida quod per martyris sui Wenceslai merita Deus declararet innumera ad eius tumulum miracula, clam sibi fidis clientibus mandat, quo eum in vrbem Pragam transferentes noctu in Ecclesia sancti Viti humi condant: quatenus si quæ Deus mira suis ostenderet ad gloriam sanctis, non eius fratris, sed S. Viti martyris adscriberetur meritis. Cætera eius malefacta nec duxi relatione digna, nec pro certo habui competta. Vnum tamen eius satis audax & memorabile facinus, quod retro dierum in iuuentute sua fecit, vestræ Caritati referre cupimus. fuit tamen iste Dux Boleslaus (si dicendus est Dux, qui fuit impius atque Tyrannus) sæuior Herode, truculentior Nerone, Decium superans scelerum immanitate, Diocletianum crudelitate: vnde sibi agnomen asciuit, *Sæuus Boleslaus*, vt diceretur. Tantæ tamen fuit seueritatis, vt nihil consilio, nihil ratione regeret; sed omnia pro sua voluntate atque imperu animi ageret. Vnde factum est vt in mente conciperet, quo sibi vrbem Romano opere conderet: moxque populi primates conuocat in vnum & vsque ad vnum, & deducens eos in locum iuxta flumen Labe, * atque designans locum,

** i. Albim.*

cum, aperit eis ſui cordis ſecretum; *Hic*, inquiens, *volo & iubeo, vt mihi opere Romano ædificetis murum vrbis nimis altum per gyrum.* Ad hæc illi, *Nos qui ſumus*, inquiunt, *populi fauces, & tenemus dignitatum faſces, nos tibi abrenunciamus, quia neque ſcimus neque volumus facere quod præcipis, neq; tamen patres noſtri tale quid antea fecere. Ecce in tuis aſpertibus aſſiſtimus, & potius tuo gladio, quàm importabilis ſeruitutis iugo, noſtra colla ſubmittimus. Fac quid velis: non tamen tuis obtemperamus iuſſis.* Tunc Dux diram exarſit in iram, & proſiliens ſtetit in putrido trunco, qui forte tunc ibi iacuit in luto, & euaginato gladio dixit: *O ignaui & patrum ignauorum filii. ſi non eſtis ſemiuiri, aut cultores per ipſum ate piis,* * *factis dicta comprobate, & vtrum gladio an ſeruitutis iugo ſit leuius colla ſubmittere, tentate.* Erat res ſpectaculo digna, & audacis procacitate Ducis admiranda. Nam ſi mille dextras in vno corpore armatas haberet, non in tantum tanta turma hominum trepidaret. Quos vt vidit Dux buxo pallidiores præ timore, vnum qui fuit primus inter ſeniores, apprehendens per circinnos verticis, vt fortius valuit, percutiens amputauit ceu teneri papaueris caput, & inquit: *ſic volo, ſic faciam, ſic pro ratione voluntas.* Cæteri hoc cernentes ſero pœnitentia ducti ceciderunt ad genua Ducis veniam cum lacrymis poſtulantes. Iam inquiunt, *Domine noſtris parce culpis. Iam per omnia tuis obtemperabimus iuſſis. Iam vltro facimus quæcunque velis: ne ſis nobis vltra crudelis.* Et ſtatim ad Ducis voluntatem ædificant ciuitatem ſpiſſo & alto muro, opere Romano, ſicut hodie cernitur, quę ex nomine ſui conditoris Boleslaum dicitur.

* *mendum*

Boleslau Vrbs condita.

Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXIII. Vngari Orientales Francos & Alamaniam atque Galliam deuaſtantes, per Italiam redierunt.

Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXIIII. Heinricus Rex Vngaros multa cæde proſtrauit, pleroſque ex eis comprehendit.

An. Dom. Incarn. DCCCCXXXV. Heinricus Rex paralyſi percutitur.

An. Dom. Incarn. DCCCCXXXVI. obiit Heinricus Rex, cui ſucceſſit filius eius Otto Imperator. *Otto I. Imp.*

An. Dom. Incarn. DCCCCXXXVII. obiit Arnulfus Rex Bauariæ.

An. Dom. Incarn. DCCCCXXXVIII. Vngari iterum a Saxonibus multa cæde deuaſtantur, & filii, Ducis Arnulfi, Regi rebellant Ottoni.

An. Dom. Incarn. DCCCCXXXIX. Ludouicus Rex Gerpirga viduam Giſalbum duxit vxorem.

An. Dom. Incarn. DCCCCXL. Heinrico fratri Regis Lotarienſis ducatus committitur, & eodem anno inde expellitur.

An. Dom. Incarn. DCCCCXLI. Heinricus frater Regis cum quibuſdam Saxonibus cōtra Regem conſpirat, ſed nil nocere potuit.

An. Dom. Incarn. DCCCCXLII. Sydus ſimile Cometæ per XIV. noctes viſum eſt, & immenſa mortalitas boum ſecuta eſt.

An. Dom. Incarn. DCCCCLIII. obiit Otto Dux, cui Conradus filius Verneri in ducatu ſucceſſit.

An. Dom. Incarn. DCCCCXLIV. Vngari à Carinthiis multa cæde mactantur.

An. Dom. Incarn. DCCCCXLV. Bertholdus Dux Bauariæ obiit, cui Heinricus frater Regis ſucceſſit.

An. Dom. Incarn. DCCCCXLVI. Lodouicus Rex à ſuis regno expellitur.

An. Dom. Incarn. DCCCCXLVII. Edid Regina obiit.

An. Dom. Incar. DCCCCXLVIII. Synodus in Ingelenheim à XXX. numero Epiſcopis habita eſt.

An. Dom. Incarn. DCCCCXLIX. Ludolfo filio Regis Mehtildis filia naſcitur.

An. Dom. Incarn. DCCCCL. Dux Boemorum Boleslaus Regi rebellauit, quem Rex valida manu adiit ſuæque per omnia ditioni ſubiugauit.

An. Dom. Incarn. DCCCCLI. Rex Otto in Italiam perrexit.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXVII. Idibus Iulii Dux, cui agnomen Sæuus Boleslaus, male mercatum fraterno ſanguine ducatum cum vita amiſit: cui filius eius æquiuocus in principatum ſucceſſit, multum diſſimilis patri, moribus bonis & conuerſatione ſpirituali. O mira Dei clemētia! o quam incomprehēſibilia eius ſunt iudicia! ecce de rubo vua, de ſpinis roſa, de tribulis ficus gignitur generoſa; videlicet de fratricida prodit Chriſticola, de lupo agnus, de Tyranno modeſtus, de impio Boleslao pius naſcitur ſecundus Boleslaus dux, nulli probitate ſecundus. Neque eum contaminat iniqui patris æquiuocatio, in quo verus Chriſti feruebat amor, & pura dilectio. Nam ſicut multi

BOLESLAVS II *Dux Syl c. 16. Dubra. lib. 6*

nomina sanctorum sortiuntur, nec tamen sanctitatem assequuntur: quoniam neque sanctitas neque iniquitas ex nomine, sed pro merito hæc vtraque dignoscuntur in homine.

Erat autem iste Princeps secundus Boleslaus vir Christianissimus, fide catholicus, pater orphanorum, defensor viduarum gementium, consolator clericorum, & peregrinorum pius susceptor, Ecclesiarum Dei præcipuus fundator. Nam vt in priuilegio ecclesiæ sancti Georgii legimus, xx ecclesias Christianæ religioni credulus erexit, & eas omnibus vtilitatibus quæ pertinent ad ecclesiasticos vsus sufficienter ampliauit. Huius fuit germana soror nomine Mlada, * virgo Deo deuota, sacris literis erudita, Christianæ religioni dedita, humilitate prædita, alloquio blanda, pauperibus & orphanis fautrix larga, ac omni morum honestate decorata. Quæ dum causa orationis Romam veniret, benigne ab Apostolico suscipitur: vbi tempore aliquanto degens, monasticis sat disciplinis imbuitur. Et ad vltimum domnus Papa suorum Cardinalium consilio nimio volens nouæ Ecclesiæ benigniss. subuenire suffragio, consecrat eam Abbatissam, mutato nomine Maria, dans ei sancti Benedicti regulam & & Abbatialem virgam. Post hęc noua Abbatissa nouam & sanctam illatura Boemiæ terræ monachicam regulam, accepta licentia & benedictione Apostolica, equitat in dulcem patriam cum suo comitatu valde lætificato. Ventum erat ad regiam vrbem Pragam, & Dux Boleslaus diu desideratam honorifice recepit sororem amantissimam, & inter se manibus consertis subeunt regalia tecta: vbi simul residentes, diu mutuis alternatim sermonibus dum fruuntur, dum multa quæ vidit Romæ siue audiuit relatione digna & admiratione, fratri suo refert, insuper literas ex parte Apostolici sibi directas obtulit, quarum formula huiusmodi fuit: IOHANNES *seruus seruorum Dei Boleslao catholica fidei alumno Apostolicam benedictionem, iustum est beneuolas aures iustis accommodare petitionibus: quia Deus est iustitia, & qui diligunt Deum iustificabuntur, & omnia diligentibus Deum iustitiam cooperantur in bonum. Filia nostra, tua relatiua, * nomine Mlada, qua & Maria, inter cateras haud abnegandas petitiones cordi nostro dulces intulit ex parte tui preces, scilicet vt nostro assensu in tuo principatu ad laudem & gloriam Dei ecclesia liceret fieri episcopatum. Quod nos vtique lato animo suscipientes Deo grates retulimus, qui suam Ecclesiam semper & vbique dilatat & magnificat in omnibus nationibus. Vnde Apostolica auctoritate & sancti Petri Principis Apostolorum potestate, cuius licet indigni tamen sumus vicarii, annuimus & collaudamus atque inca[illegible]nizamus, quo ad ecclesiam sanctorum Viti & Wenceslai martyrum fiat sedes Episcopalis, ad ecclesiam verò sancti Georgii martyris sub regula sancti Benedicti, & obedientia filia nostra Abbatissæ Mariæ constituatur congregatio sanctimonialium. Veruntamen non secundum ritus aut sectam Bulgaria gentis, vel Russiæ, aut Sclauonica lingua; sed magis sequens instituta & decreta Apostolica, vnum potiorem totius ecclesia ad placitum eligas in hoc opus clericum, Latinis apprime literis eruditum, qui verbi vomere noualia cordis gentilium scindere, & triticum bona operationis serere, atque manipulos frugum vestra fidei Christo reportare sufficiat. Vale.* Et statim vt iussum fuerat, consilio ducis & Abbatissæ ecclesia sancti Viti decernitur futuro Episcopo: ecclesia verò sancti Georgii Martyris ad præsens datur Abbatissæ Ducis sorori Mariæ. Igitur quidam de Saxonia vir miræ eloquentiæ & literalis scientiæ, nomine Diethmarus, presbyter promotione, Monachus professione, olim in antea diebus causa orationis venerat Pragam: qui dum ducis secundi Boleslai veniret ad notitiam, in breui tempore magnam eius gratiam adeptus fuerat & amicitiam. Et quoniam Sclauonicam perfecte linguam sciebat, hūc per suos legatos dux aduocat, clerum, primates terræ & populum conuocat atque suis precibus & monitis efficit, vt eum sibi in episcopum omnes communi assensu eligant. Postera autem die, vt Duci placuit, fauorali acclamatione ab omnibus in Episcopum Diethmarus eligitur, & ad Imperatorem Christianissimum Ottonem filium Henrici Imperatoris, ex parte Ducis & totius cleri atque plebis cum his transmittitur literis: *O gloriosissime Imperator, & Christiana religionis maxime cultor, suscipe nostras clemens & totius cleri atque populi preces, & hunc virum per omnia probatum nomine Diethmarum, quem nobis in pastorem eligemus, vestra sanctissima collaudatione ac iussione vt ordinetur in episcopum, suppliciter exoramus.* Tunc Imperator, sicut erat diuinæ legis amator, consilio Ducum & Principum, sed præcipue Præsulum, consulens saluti & nouitati Christianæ plebis, iussit Moguntinum Archiepiscopum (qui tunc præerat Curti) * vt eum ordinaret in Episcopum. Tunc præsul mitra redimitus, nouus nouam redit lætus totius Boemiæ in Parochiam atque vt ventum est Metropolim Pragam, iuxta altare sancti Viti inthronizatus ab omnibus, clero

Margin notes: * Vel. Milada — * 1. sorori. — Diethmarus I. episc. Pragens. — * ad Imp. Ottonem. — * Curia Cancell[illegible]

clero modulante *Te Deum laudamus*. Dux autem & primates resonabant, *Christe Keynado*,* & cætera, simpliciores autem & idiotæ clamabant *Kyrieeleyson*: & sic secundũ morem suum totam illam diem hilarem sumunt. *1. eleyson

Et Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII. obiit Wolkomes.

Post hæc Præsul Diethmatus ecclesias à fidelibus in multis locis ad Dei laudem constructas consecrat, & populum gentilem baptizans quamplurimum facit Christo fidelem. nec post multos dies,

Anno scilicet Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIX, IIII. Nonas Ianuarii vinculis carnis absolutus, talentum sibi creditum Christo reportauit centuplicatum. Interea rediẽs Philosophię de castris, vbi decem aut plus militauerat annis secum [illegible] modicam librorum copiam referens aderat spectabilis heros, nomine Woytech, adhuc ordine subdiaconus; qui velut tener agnus, inter oues sui pastoris super morte mœrentes, sedulus exhibebat exequias funebres, orationibus diutinis instans simul ac noctibus, animam patris vniuersalis eleemosynis commendabat Deo largis, & precibus sacris. Quem Dux Boleslaus & eius optimates vitam bono opere deuotum cernentes, & in futurum deuotiorem fore sperantes, gratia spiritus sancti inspirante, iuuenem nimis reuerenter rapiunt, & adducunt in medium, atque inquiũt: *Nolis, velis, noster Episcopus eris, & Pragensis vel inuitus Episcopus vocaberis. Tua nobilitas, tui mores & actus optimè concordant cum honore Pontificatus, tu nobis talis à vertice notus ad imos. Tu bene scis nobis pandere viam qua itur ad cælestem patriam. Iussa tua nobis quam posse sequi tam velle necesse est. Te dignum omnis clerus, te vniuersus idoneum episcopatu acclamat populus.* Facta est autem hæc electio non longè ab vrbe Praga Leuigradec in oppido XI. Cal: Martii, eodem quo obiit Diethmarus tempore & anno. Adalbertus Episc. Prag. eundem Vita apud Bed. & Adam. Sur. To. 2.

Eo tempestate rediens de Saraceno bello adiit Veronam vrbem præcellentissimus Imperator Otto secundus, pacis amator, iustitiæ cultor, gloriosissimo patre primo Ottone gloriosior, qui in omnibus præliis extitit victoriosissimus victor. Ad quem Sclauonica manus Boemiæ cum electo pergit Episcopo, ferens ex parte Ducis legationem, & totius cleri atq; populi petitionem, quo imperiali nutu eorum communem confirmat electionem. Igitur serenissimus Imperator condescendens eorum dignæ petitioni, III Non: Iunii dat ei annulum & pastoralem virgam: & cuius suffraganeus erat Willigisus Moguntinus Archipręsul, qui ibi fortè aderat, iussu Imperatoris consecrat eum in Episcopum, nomine Adalbertum. Nam Archipræsul Adalbertus Magburgensis Ecclesiæ olim confirmans christianitate, hoc proprio suo vocitarat eum nomine. Consecratus autem III. Idus Iunii cum suis sequentibus equitat in suam dulcem patriam, & vt peruenit ad ciuitatem Pragam, nudo pede & humili corde, clero & omni plebe prę lætitia modulante, episcopalem obsedit Cathedram. Huius tam præclari pastoris Adalberti consilio, & prædictæ atque dilectæ suę sororis Abbatissæ Mariæ interuentu, Dux Boleslaus quicquid præsul Pragensis vsque hodie in suo possidet vel obtinet episcopio, vel quicquid Abbatissa optauit dari & fieri vtilitatis in suo cœnobio, gratuita vtrisque concessit pietate, & canonum sacra confirmauit auctoritate. Otto Imp.

An. Dom Incarn. DCCCCLXX.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXI.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXII. sanctus Oalricus migrauit à seculo.

An. Dom In DCCCCLXXIII.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXIIII.

An. Dom Incarn. DCCCCLXXV.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXVI. obiit Dubrauka, quæ quia nimis improba fuit iam mulier prouectæ ætatis cum nupsisset Poloniensi Duci, peplum [illegible] deposuit, & puellarem coronam sibi imposuit: quod erat magna dementia [illegible]ris. Dubrauka ducissa.

An. Dom Incarn. DCCCCLXXVIII.

An Dom Incarn. DCCCCLXXIX.

An Dom Incarn. DCCCCLXXX.

An Dom Incarn. DCCCCLXXXI. obiit Zlauník pater sancti Adalberti, cuius de moribus & vita licet plura [illegible] memoriæ digna, ex quibus tamen vtrefc[illegible] pauca, [illegible] sermonimus [illegible]ra. Erat enim vir lætissimus ad omnes facie, in consiliis [illegible], [illegible] alloquiis blandissimus, locuples diuitiis quàm sęcularibus tàm spiritualibus [illegible] domo [illegible] honestas fulgebat, & sincera dilectio, iudiciorum rectitudo, & pro-

cerum multitudo. In operibus eius erat legum cognitio, pauperum refectio, mœrentium consolatio, peregrinorum receptio, viduarū & orphanorum defensio. ... tā insignis Ducis Metropolis fuit Lubic, sita loco vbi amnis Cidlina nomen perdit ... intrans liberioris aquæ in fluuium Labæ. Habuit autē sui Principatus hos terminos. ... occidentem plagā cōtra Boemiā riuulus Surma, & castellum quod est ... in monte ... iuxta flumen Mſam. Similiter plagam ad Australem contra Theutonicos ... has vrbes habuit terminales, Hinou, Dudlebi, Nethol ... vsque ad mediam ... Item solis ad ortum contra Morauiæ regnum castrum sub sylua situm Lutomis, ... vsque ad riuulum Suttaua, qui est in media sylua. Item ad Aquilonalem plagam contra Poloniam castellum Kladsco, situm iuxta flumen ... Nizza. Hic Dux Z... nik quam diu vixit, feliciter vixit.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXII.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXIII.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXIIII. obiit Romæ Cæsar Otto secundus. Huic Imperatori Adalbertus Præsul Pragensis adeo fuit familiaris & carus obsequiis, vt in Pascha, quādo eum celebrauit Rex Aquisgrani, in palatio coram omnibus Episcopis ... solitudine sublimaret, quo sibi coronam imponeret, & maiorem ... celebraret, quod solum fas erat vt Archiepiscopus faceret. Post festum verò cum ... accepisset a Cæsare licentiam redeundi ad patriam, se vocat eum Cæsar in secretarium: ... eius suorum confessionem peccatorum, commendat se piis recordationibus e... ius orationum, insuper dat ei paramenta in quibus missam celebraret in Pascha, scilicet albam, Dalmaticam, Casulam, cappam, & facitergium, quo ea habeat sui ob memoriam. Quæ vsque hodie in Pragensi Ecclesia honorifice habentur, & dicuntur *paramenta sancti Adalberti*.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXV.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXVI.

An. Dom Incarn. DCCCCLXXXVII. obiit Ztezizlana sancti Adalberti ... venerabilis & Deo acceptabilis matrona, tantæ etiam sanctæ sobolis dici mater & esse digna.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXVIII.

An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXIX.

An. Dom. Incarn. DCCCCXC. S. Adalbertus Romæ ad sanctum Alexium inscio Abbate quis esset factus est Monachus.

An. Dom. Incarn. DCCCCXCI.

An. Dom. Incarn. DCCCCXCII.

An. Dom. Incarn. DCCCCXCIII.

An. Dom. Incarn. DCCCCXCIIII.

Nec tacendum censeo, quod ab aliis prætermissum video. Nam præsul Adalbertus videns quod grex sibi commissus semper in præcipitium iret, nec eum ad rectam viam conuertere quiret, timens ne & ipse cum pereunte plebe periret, ... est eum eis amplius stare, nec passus est suam vlterius ... præd... re. Sed cum iam Romam iter arripere vel... (de quo supra ...) ... Abbatis cum ... de ... annos ... dulcem, & cognato ... suum ... quo ... Dei præsul Adalbertus secretum pectoris ... de ... & ... populi, de ... & ... stantis ... de ... obedientia & ... Ecclesia cle... tentia com... tum. Ad ... Romam Apo... ire, & ad gentem ... hæc & ... hæc ... addidit: *Et bene est, in ... quod ... ter ... originem ducis ... Te plebs ... domi ... exhibes ... comprimere, ne ... pontificatum ... vt ... me viuente ... opus ...* forte manu tenebat episcopalem ... um, ... ribundus in terram proiecit, & hæc verba insuper ... *do, honores fugio, pompas sæculi despicio: indignum me induco ep...*

Ztrahquas

dus pastoralis curæ ferre sufficio. Monachus sum, mortuus sum: mortuus sepelire non possum. Ad hęc præsul respondit: *Scias frater, scias, quod modo non facis cũ bono, facies autem postea, sed cum tuo maximo malo.* Et post hæc Præsul, vt proposuerat, Romam iter arripuit, & gentem suis præceptis inobedientem reliquit. Et quia tunc temporis Dux non erat suæ potestatis, sed Comitum; Comites versi in Dei odium, patrum iniquorum pessimi filii, valde malum operabantur facinus & iniquum. Nam sub quadam festiua die furtim irrumpunt vrbem Lubic, in qua fratres sancti Adalberti, & milites vrbis vniuersi, velut oues innocentes assistebant sacris missarum solemniis festa celebrantes. At illi ceu lupi immanes vrbis mœnia irrumpentes, masculum & fœminam vsque ad vnum interficientes, vniuersis fratribus sancti Adalberti cum omni prole ante ipsum altare decollatis, vrbem comburunt, plateas sanguine perfundunt, & cruentis spoliis ac crudeli præda onerati hilares ad proprios redeunt lares. Interfecti sunt autem in vrbe Lubic quinque fratres sancti Adalberti

Anno Dom. Incarn. DCCCCXCV. quorum nomina sunt hæc Sobebor, Sprumur, Drobozlau, Poreii, Cazlau.

His ita peractis, Dux Boleslaus inito consilio cum clericis Moguntinum Præsulem his sollicitat verbis: *Aut nostrum pastorem Adalbertum ad nos reuoces, quod magis volumus; aut alium nobis in loco sui ordines, quod inuiti possimus. Nam Christi ouilia adhuc in hac gente fidei nouicia, nisi eis adsit vigilans pastoris custodia, cruentis lupis optima rectã fient edulia.* Tunc Metropolita Moguntinus sollicitus, ne populus nuper a Christo adquisitus relapsus in antiquos pereat sacrilegos ritus, mittens Legatos ad Apostolicum clamat, vt aut viduatæ Pragensi Ecclesiæ maritum remittat, aut alium in loco sui ordinari permittat. Et quoniam seruus dei Adalbertus iussu Apostolici factus liber a custodia gregis dominici in Cœnobio sancti Alexii cum senatoribus cœli infra amœnam curiam terreni conuersabatur Elysii; hunc domnus Papa, suus & pius insimul Abba talibus alloquiis mœstum solantur amicis: *O fili dulcissime, & frater amantissime, per caritatem dei te deprecamur, & per amorem proximi obtestamur, vt ad tuã parochiam dignanter redeas, regimenque tuarum ouium diligenter recipias. Si te audierint, deo gratias: si te non audierint, fugientes te fugias, ne cum pereuntib. pereas, & ad nationes exteras prædicandi licentiam habeas.* Hac presul valde exhilaratus sententia, quod sibi data sit docendi exteras gentes licentia non sine magna mœstitia fratrum dulcia linquit consortia. Et cum viro summæ discretionis præsule nomine Nothario, adiens Archiepiscopum Mogũtinæ vrbis in palatio rogat, quò per eius missos scire posset, si se suus grex recipere vellet. Quo facto, quid sibi suus grex responderit, aut quam ob causam eum non receperit, vel ad quas gentes inde transierit, quantæ etiam frugalitatis omnib. diebus sui episcopii fuerit, quanta morum honestate enituerit, scire poterit qui vitam eius seu passionem legerit. Nam mihi iam dicta bis dicere non placet ista.

Tunc Ztrahquaz frater Ducis (de quo supra meminimus) vidẽs Episcopum quasi iu[illegible]e & regulariter a sua plebe repudiatum, tumido fastu exarsit in episcopatum. Et quia facile est volen[illegible]em cogere, protinus hunc idiotam & sicophantam populus neq[illegible] in episcopalẽ locat cathedram. Sic. n. Deus, sic sæpe permittit per sui prouidẽtiam prauo[illegible]um hominum inualescere potentiam, sicut in hac irregulari electione iudic[illegible] * præualuere Cereris generi. Nam fuit hic Ztrahquas veste compositus, mente tumidus, [illegible]ctibus dissipatus, ocul[illegible] vagus, verbis vanus, moribus hypocrita, & totius erro[illegible]ndita, atque i[illegible] omnibus operibus malis iniquorum archi[illegible]eronta. *Pura referre p[illegible] det Ztrah, [illegible] de Præsule p[illegible]eudo.* Sufficiant pro multis pauca. Ventum erat Moguntiæ [illegible] ad episcopum: [illegible] peractis omnibus quæ agenda erant per or[illegible]em, sicut fieri solet, post examinationem episcopalem, [illegible] lætamina modulante [illegible] ũbitu[illegible] tapetia Arc[illegible]piesul infulatus ante altare, & post eum inter duos [illegible]aneos, qui or[illegible]nandus erat, Ztrah[illegible] dũ prosterniitur in med[illegible]o [illegible]heudirac[illegible] [illegible]ripitur atroci dæ[illegible]o: & q[illegible]ruus Dei olim sibi præd[illegible] clanc[illegible]o, palam [illegible]t coram c[illegible]o & om[illegible] populo. Hacte[illegible]us hæc inseruisse sufficiant.

Anno Dom. Incarn. DCCCCXCVI. postquam in[illegible]s[illegible]nifer Chri[illegible] Adalbertus retibus fidei cepi[illegible] Pannoniam simul & Poloniam ad[illegible] [illegible] feminat verbum Dei, hanc præsentem vitam pro Christo fel[illegible]citer [illegible] mar[illegible] no IX. Calend. Maii fe[illegible]a VI. Eo a[illegible]no fuit Pascha VI. Calen[illegible]s Maii. *Adalberti obitus.*

A[illegible]o Do[illegible]car[illegible]. DCCCCXCVII. sæpememoratus Dux Boleslaus videns Prage[illegible] suo pastore viduatam, dirigit legatos suos ad Imperatorem tertium

* *fundibus.*

OTTHO III. Imp.

Ottonem, vt Boemensi Ecclesiæ sponsum meritis dignum daret, ne grex Christo nouiter mancipatus redeat ad pristinos vanitatis ritus, & ad iniquos actus. Quippe profitetur non haberi in tota Boemia tunc temporis clericum episcopatu dignum. Mox Cæsar Augustus Otto, sicut erat in diuinis humanisque rebus prudentissimus, annuens petitioni eorum cœpit curiosius cogitare, quem de suis potissimum in hoc tam arduum opus dirigeret clericum. Forte aderat in regali curia Capellanus nomine Thegdagus, actibus ac probis moribus decoratus, liberalibus studiis apprime eruditus, genere de Saxonia, lingua proferre imbutus Sclauonica. Hunc quia sors obtulerat, omnes Regiæ aulæ senatus & ipse Cæsar valde læti ficatus, in Pontificem Pragensis Ecclesiæ eligit & collaudat, & mittens ad Moguntinum Archipræsulem, quo eum celeriter in Episcopum consecret mandat.

Thegdagus Ep. Prag.

Anno. Dom. Inc. DCCCCXCVIII. Nonis Iulii consecratus est Thegdagus honeste a Clero & populo Pragensis Ecclesiæ recipitur, atq; cum magno gaudio ad cornu altaris sancti Viti inthronizatus. Dux valde congratulatur, quia pastor bonus suo gregi arridet, & grex lætus pastori nouo alludit.

Bolezlai Ducis laudes.

Rexit autem iste excellentissimus Princeps Boleslaus post patris obitum triginta duobus annis ducatum, quia quæ iustitiæ, quæ Catholicæ fidei, quæ Christianæ religionis sunt, erat ardentissimus executor, apud quem nullus ecclesiasticam, nullus mundanam dignitatem obtinuit pro pecunia. Fuit & (vt res probat) in prælus victoriosissimus victor, sed victis clementissimus indultor, atque præcipuus pacis amator. Cui erāt maximæ opes, bellica instrumenta, & dulcia armorum studia. Nam plus diligebat ferri rigorem, quam auri fulgorem; in cuius oculis nemo vtilis displicuit, nunquam inutilis placuit; suis mitis, hostibus terribilis fuit. Habuit autem hic gloriosissimus Dux Hemniam sibi in matrimonio iunctam: quæ genere fuit cæteris nobilior, sed (quod magis laudandum est) nobilitate morum multo præstantior. Ex qua duos filios suscepit elegantissimæ indolis, scilicet Wenzeslaum & Boleslaum, sed Wenceslaus ab ineunte ætate fragilem vitam mutauit æternitate: Boleslaus autem post discessum patris, tedis suscepit gubernacula principalis, vt in sequentibus declarabitur.

Hemnia ducis fa.

Factum est autem, cum appropinquaret dies supra memorati Boleslai, quo iam æternam commutaret morte vitam, vocat æquiuocū suum & superstitē natū, & astante coniuge Hemnia, & multa procerum turma iam interrumpente singultu verba, prout potuit, his dulcē affatur filiū dictis: *Si fas esset matri sui vteri infanti, vt lactis vber sic sapientia dare munera; non natura, sed homo creatus dominaretur in creatura. Attamen nonnulla Deus sua cancescit hominibus dona, sicut Noe, Isaac, Tobia, atque Mathatia, ita dumtaxat quos illi benedixerit, benedixit illis deus, & quos praeordinauerit ad bonæ cōuersationis vitā, cōtulit & illis deus perseuerantiā. Sic & hodie, fili mi, si non adsit spiritus sancti clementia, parum prodest verborum meorum iactantia. Ducem te, inquit deus constituit: noli extolli, sed esto quasi vnus ex illis. id est, si te cæteris sublimiorem sentias, mortalem te esse cognoscas: ne dignitatis gloriam, qua in sæculo sublimaris, aspicias: sed opus quod tecum ad inferos departes, intendas. Hæc præcepta dei in corde tua scribe, & hæc mandata patris tui non omitte: Ecclesiæ limina frequenter visita Deum adora, sacerdotes eius honora, ne sis sapiens apud temetipsum, sed consule plures, si sapiens in te ipsum. Pluribus vt placeas, sed qualibus stude. Omnia cum amicis, sed prius de ipsis tracta: iuste iudica, sed non sine misericordia. Viduam & aduenam ne de[illegible]ee, ad tuam stantes ianuam. D[illegible] denarium, sed parcè, dilige famā. Res enim publica licet sit nu[illegible]dan[illegible]a per formam nu[illegible]mismat[illegible] f[illegible] am, cito erit ad nihilum redacta. Est aliquid, fili mi, quod Carolus Rex sapient[illegible] simus, & ma[illegible] p[illegible]mus, haud æquiparandus nobis hominibus valde humilibus, cum filium suum Pipinum p[illegible] se [illegible]lio sublimandum disponeret, eum terribili cum sacramento constringeret, ne in regna suo fu[illegible] dola & praua taxatio ponderis aut monetæ fieret. Certe nulla c[illegible]des, nulla pestilētia. nec mortalitas, n[illegible]c non hostes totam terram rapinis & incendiis deuastantes, magis populo De[illegible] [illegible] quam frequ[illegible] mutatio & fraudulenta peioratio nummi. Quæ pesti[illegible] [illegible] E[illegible] [illegible]bat, perdit, attenuat Christicolas, quam fraus in[illegible] A[illegible] hæc sen[illegible]stitia & inualescente nequitia surgent non duces, sed fures, non re[illegible]ores po[illegible], s[illegible] exactores, auar[illegible] sine misericordia homines, deum omnia cern[illegible] non met[illegible]entes q[illegible] quater in anno monetam mutand[illegible] ruunt in laqueum diabo[illegible] ad p[illegible] torem [illegible] T[illegible] tamen n[illegible]quam artibus [illegible] per le[illegible] coangusta[illegible] lataut v que ad montes qui sunt vltra Krakou nomine trees per [illegible] Nam diuitiæ plebis sunt [illegible] & gloria Regis, nec sibi sed domin[illegible] est [illegible]*

Plura locuturus erat: sed extrema hora diriguerat principis o[illegible] & [illegible]

migrauit in domino, atq; magnus super eũ factus est planctus, Dies autem sui obitus est VII. Idus Februarii, Anno Dom. Incarn. DCCCCXCIX.

Eodem anno Gaudentius, qui & Radun, frater sancti Adalberti, ordinatus est Episcopus ad titulum Gnezdensis Ecclesiæ. Hic gloriosissimus Dux secundus Boleslaus, vere & hodie haud plangendus satis, cuius memoria in benedictione est, in quantum ampliando dilatauerit ferro sui terminos ducatus, Apostolica testatur auctoritas, in priuilegio eiusdem Pragensis Episcopatus. Post cuius obitum filius eius tertius Boleslaus (vt supra relatum est) successit in ducatum: sed non eisdem rerum successibus, nec paternis auspiciis terminos adquisitos obtinuit. Nam Dux Poloniẽsis Mesko, quo non fuit alter dolosior homo, mox vrbem Krakou abstulit dolo, omnibus quos ibi inuenit extinctis gladio. Fuerunt autem duci Boleslao ex coniuge nobili duæ fœcundæ matris gloria nati, scilicet Oalricus & Iaromir. Sed Iaromir iuuenis patris est nutritus in aula. Oalricus autem à pueritia traditus erat Imperatoris Henrici in Curiam, quo addisceret morem & eorum astutiam, ac Theutonicam linguam. Post hæc transacto non longo tempore supradictus vterque Dux Mesko & Boleslaus in condicto loco cõueniunt ad colloquiũ, & data fide ac iuramento firmata inter se pace, Dux Mesko inuitat Boleslaum, quo dignaretur venire ad suum conuiuium. At ille, sicut erat vir columbinus & sine felle, suorum consilio familiarium dixit, *Si omnia factorum velle.* Sed quæ pestis nocentior, quàm familiares inimici? Quorum quia non potuit contraire dolosis consiliis, immo iam suis fatis, ah mens præsaga Ducis, vocat ad se nobiliores & quos relicturus erat in regno, qui videbantur sibi fideliores, & his eos affatur dictis: *Si quid forte mihi (quod absit) aliter & præter fidem atque spem in Polonia euenerit, hunc meum natum Iaromir vestræ fidei committo, & meum loco Ducem vobis relinquo.* Sicque dispositis regni negociis it cariturus lumine, & intrat vrbem Krakou sinistro omine, perfidi Ducis Meskonis ad conuiuium. Nam mox inter prandendum pax, fides, ius hospitale rumpitur. Dux Boleslaus capitur, atque oculis priuatur suosque omnes alios trucidant, alios obtruncant, alios carceri tradunt. Interea ducis Boleslai domestici & familiares inimici, gens inuisa, generatio mala, Versouici operabantur abominabile malum, & antea retrò sæculis inauditum. Quorum primus & quasi caput totius iniquitatis erat Cohan, vir sceleratissimus & omnium malorum hominum pessimus, Hic & sui propinqui, homines iniqui, ducis cum filio Iaromir venientes venationis ad locum, qui dicitur Weliz, postq̃ referente fama perceperat quæ facta sunt de duce in Polonia, Quis iste est, inquiunt, *homunctio alga vilior, qui super nos debet esse maior, & Dominus vocari? An non inuenitur inter nos melior, qui & dignior sit dominari?* Ah mala mens, malus animus. quod ruminant sobrii, palam faciunt ebrii. Nam iniquitas eorum vt incaluit, & assumpsit cornua mero, capiunt dominum suum, & crudeliter ligant, atque nudum & resupinum per brachia & pedes ligneis clauis affigunt humi, & saltant, saltu ludentes militari, saltantes in equis trans corpus sui heri. Quod videns vnus de conseruis suis nomine Douora, velociter currens in Pragam, quod factum fuerat Ducis nunciat amicis: & eadem hora deducit eos ad turpe brauium sine mora. Quos vbi viderunt iniquitatis operarii armatos super se repente irruere, diffugiunt vt vespertiliones per siluarum latebras. At illi vt inuenerunt Ducem male muscis laceratum semineccem (nam vt examen apum, sic ascendebat agmen muscarum super corpus nudum) soluentes eum, & vehiculo ponentes, deferunt Wissegrad in vrbem. Seruo autem Douorę omni laude digno Ducis amico talis gratia redditur pro merito. Nam voce præconia indicitur vbique per fora, vt quam ipse Douora, tam eius proles postera, sit inter nobiles & ingenuos in æternum & vltra. Insuper datur ei & dignitatem venatoriam, quæ pertinet ad Curtem Schecnam: quam ex tunc & vsque modo per generationes eius possident nepotes.

Dum hæc geruntur in Boemia, dux Mesko veniens cum valida manu Polonia inuasit vrbẽ Pragam, & per duo spatia annorũ scilicet Anno Dom. Incar. Millesimo. An. Dom. In. Millesimo primo, obtinuit eam. Sed Wissegrad vrbs Duci suo fideliter mansit imperterrita & inexpugnabilis. Iisdẽ verò diebus idẽ Dux Mesko mittit legatos ad Imperatorẽ, dãs ei & promittẽs infinitã pecuniã, quo filium ducis Boleslai nomine Oalricum, qui erat ei⁹ in obsequio, catenatũ mitteret in custodiã O inuictissima fames auri [illegible] est potentissimũ ius Rom. Imperii? Ecce possessor auri, pressus ponderib. auri, duc[illegible] obt[illegible]e rat iu[illegible]s, & fit tortor ac carceris mancipator auro corruptus Imperator. Nec mirũ si ille paruus D[illegible] cũ nostris tẽporib. Vecek sub mola rusticana natus 3. Hen. reg. potẽtissimũ

Gaudentius Episc. Gnezd.

BOLESLAVS III. Dux Sylu. c. 17.

Mesko Dux Polon.

Cracou.

Douora

Wissegrad.

(ô indignum facinus) catena aurea vt Molossum traxit in Boemiam; & quod iubet famulorum famulus, paret dominorum dominus, atque Boriuoy Ducem iusti tenacem, virum veracem, vsq; ad genua compeditum Rex mittit in custodiam, ceu iniquum hominē & mendacē. Sed hæc in suo loco plenius exarabûtur stylo. Actum est autem Anno Domin. Incarn. MII. iam Christo Boemos respiciente, & sancto Wenceslao suis auxiliante, incertum est nobis vtrum clàm fuga elapsus, an iussu Imperatoris dimissus, Dux Oalricus rediens in patriam intrat inuictissimum castrum nomine Drouis; vnde militem mittit sibi fidelem, & admonet, quo intrans vrbem Pragam per noctem clangore buccinæ perterrefaciat incautum hostem. Mox fidelis cliens iussa facit, & ascendens noctu in media vrbe eminentiorem locum qui dicitur Zizi, tuba intonat & clara voce clamans ingeminat; *Fugiunt, fugiunt Poloni confusi turpiter, irruite, irruite armati Boemi acriter.* Ad quam vocem irruit super eos formido & pauor, quod erat mira Dei permissio, & sancti Wenceslai intercessio. Diffugiunt omnes, alius oblitus sui & armorum nudus, nudum insilit equum, & fugit, alius vt dormiuit & sine braccis accelerat fugam. Fugientesque nonnulli præcipitantur de ponte, quia pons erat interruptus ad insidias hostibus: alii fugientibus per præruptam viā (quod vulgo dicitur per caudam vrbis) in arca posterula præ angustia exitus ibi innumeris oppressis, vix ipse dux Mesko cum paucis euasit. sicque fuit vt solet fieri quando homines præ timore fugiunt, etiam ad motum auræ pauent, & ipse pauor timorem sibi auget. Ita hos nemine prosequente, videbantur eis saxa & parietes post se clamare, & fugientes persequi. Postera luce Dux Oalricus intrat vrbem Pragam, & hisdem familiaribus inimicis, de quibus supra retulimus, fraudulenter suggerentibus fratrem suum Iaromir tertia die priuat lumine. Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles, propter infœcunditatem coniugis: sed ex quadam fœmina nomine Bozena, quæ fuit Krezmæ, filium præstantissimæ formæ suscepit, quem Brecislaum appellari fecit. Nam quadam die cum de venatu rediret per villam rusticanam, hanc quam prædiximus fœminam ad puteum lauantem pannos vidit, & intuitus eam a vertice vsque ad talos, hausit pectore ignes amoris non modicos. Erat enim corporis eius habitudo insignis, niue candidior, mollior cygno, nitidior ebore, antiquo pulchrior Saphyro. Hanc continuò mittens dux tulit in sua, nec tamen antiqua soluit connubia. Quia tunc tēporis prout cuique placuit, binas vel ternas coniuges habere licuit: nec nefas fuit viro rapere alterius vxorem, & vxori alterius nubere marito. Et quæ nunc ascribitur pudori, hoc tunc fuit magno dedecori, si vir vna cōiuge aut coniunx vno viro contenti viuerent. Viuebant.n. quasi bruta animalia, connubia habētes cōmunia. Eodem anno *Cæsar ab hoc mundo migrauit tertius Otto, viuat vt in cælis, vbi viuit quisque fidelis.* Huic successit filius eius Henricus Imperator, qui inter cætera, quæ fecit in vita sua pro Christi nomine magnalia, construxit castrum in quodam monte non modico sumptu empto à possessore loci nomine Pabo, vnde traxit nomen Pabenbergk, quod est Pabonis mons. Ibi etiam constituit Episcopatum, quem in tantum ampliauit facultatibus & dignitatibus pontificalibus, vt in tota Orientali Francia non vltimum, sed secundum post primum habeatur Episcopium. Ædificauit etiam ibi templum miræ magnitudinis in honorem sanctæ Mariæ virginis, & sancti Georgii Martyris Christi, quod similiter in tantum adauxit dotalibus ecclesiæ, & ornatibus auri & argenti, & cæteris regaliter apparatibus, vt mihi videtur de his tacere [illegible], quam dicere minus quam habeatur in re. *Vtile de multis factum referam tamen vnum.* Haud longe ab vrbe prædicta quidam erat anachorita, sanctarum virtutum archimandrita, ad quem Imperator sæpe fingens, quasi ad venationem iter faciens aliquam occasionem clam cum solo cliente veniebat, & se eius orationibus c[illegible]bat. Hunc cum intellexisset Cęsar, quia causa orationis Hierosolymam ire vellet, committit ei [illegible] corporis & sanguinis calicem aureum, qui pro [illegible] vt facile posset quoquam leuari, duas ex vtroque latere habuit antas, quas nos vulgo dicimus *aures*, quem vt intingat sub terna mersione in Iordane, vbi Christus baptizatus est à Ioanne, præcipit Imperator & rogat, dans ei pecuniam quantum [illegible] ad viam. Quid multa? homo dei vadit Hierosolymam, [illegible] Iordanis in vnda. P[illegible] per Co[illegible] Bulgar[illegible] quādā erat Eremita sanctā degēs vitā, ad quē ille veniens [illegible], post [illegible] cia atq; sancta colloquia, suppliciter rogabat eū vt pro incolumitate Imperatoris H[illegible] oraret Deū. Ad quem ille, *Non est* inquit, *pro incolumitate eius orandum, quia ex hac conualle lachrymarum translatus est iam in requiē beatorū*, At ille instat & rogat, vt sibi dicat vnde hoc sciat

OALRICVS dux. Sylu. 18. Dubra. lib. 7.

Bozena al. Beatrix.

HENRICVS II. Imp.

Pabenberg.

ſciat. Eremite, *Hac*, inquit, *proxima nocte dum nec adeo vigilarem, nec omnino dormirem ſuſtulit me alta viſio ad magnum campum valde planum & nimis latum atque iucundum; & vidi illi malignos ſpiritus teterrimos, quorum ex ore & naribus exibat ſulfurea flamma, qui Imperatorem Henricum per barbam inuitum & quaſi ad iudicium habebant, alii collum eius furcis ferreis impingentes laeti clamabant, Noſter eſt, noſter eſt. Quos à longe ſequebatur ſancta Maria & ſanct.* Georgius, quaſi triſtes & quaſi eripere eũ volentes, & cũ eis litigantes: donec ſuſpenſa eſt in medio campo trutina, cuius capacitas latior fuit quã duo milliaria. Ad ſiniſtrã maligna pars magna & immenſa pondera & innumerabilia quæ ſunt mala opera imponebant. Ac contra ſanctum Georgium vidi Monaſterium magnum cum toto clauſtro imponere, vidi aureas cruces precioſis lapidibus graues, vidi tot plenaria gemmis & auro grandia, vidi candelabra argentea, & thuribula, atque pallia innumera, & quicquid boni* Rex *in vita fecerat. Sed ad huc maligna pars præponderabat, & clamabat*, Noſter eſt, *noſter. Tunc S. Maria accepit aureum calicem magnum de manu ſancti Georgii, & concutiens ter caput inquit: certe nõ veſter ſed noſter eſt. & cum magna indignatione proiecit calicem ad parietem Eccleſiæ, vbi fracta eſt vna anſa calicis. Ad cuius tremitũ mox euanuit agmen ignitum, & accepit ſancta Maria per manum dexterã & ſanctus Georgius per ſiniſtrã Imperatorẽ, & duxerunt ſecum (vt credo) in cæleſtem habitationẽ.* At ille Hieroſolymita corde reuoluens ea quæ dicta ſunt; deſcendit ad ſarcinas, & inuenit fractam calicis anſam, ſicut prædixerat Eremita. Qui vſque hodie magni miraculi pro teſtimonio habetur Pabenbergk ſancti Georgii in Monaſterio.

Anno Dom. Incarn. M. III. Hic interfecti ſunt Verſouici.*

Anno Dom. Incarn. M. IIII. quinque fratres martyrizati ſunt.*

Temporibus Henrici Imperatoris, qui poſt Ottonẽ tertium rexit Romanum Imperium, in partibus Polonię quinque fuere Monachi & Eremitę viri Iſraelitæ, Benedictus, Matheus, Ioannes, Iſaac, Criſpinus, & Sextus Barnabas: quorum non eſt inuentus in ore dolus, nec in manibus prauum opus. Horum de vita patrum ſcripturus multa, malui pauca, quia ſemper dulcius ſumitur quæ parcius apponitur eſca. Erat tamen eorum conuerſatio laudabilis, Deo acceptabilis, hominibus admirabilis, & eam ſectari volentibus imitabilis. hactenus hæc. Paſſi ſunt autem hi fratres quinque, *Monachi v.*

Anno Dom. Incarn. M IIII. II Idus Nouembris.

Anno Dom. Incarn. Milleſimo V.

Anno Dom. Incarn. M. VI. Princeps Hemma fœminei ſexus gemma, febre correpta a vinculis carnis eſt erepta. Cuius epitharhium his verſiculis aut vidi, aut vidiſſe me memini. *Quæ fuit vt gemma, vilis iacet en cinis Hemma. dic precor huic animæ, da veniam domine.*

Anno. Dom. Incarn. M. VII.

Anno Dom. Incarn. M. XVII. III. Idus Iunii obiit Tegdagus tertius epiſcopus Pragenſis Eccleſiæ. Fuit autem hic Tegdagus ſancti Præſulis Adalberti ſucceſſor idoneus, corpore virgineus, moribus aureus, actibus purpureus, ſui anteceſſoris ſequens veſtigia, commiſſæ plebis perſequens flagitia, & ſi non corpore, mente tamen fuit Martyrum. nec obiit more hominum, ſed ſecutus dominum in pace in idipſum dormit & requieſcit cui

Anno Dom. Incarn. M. XVIII. ſucceſſit Ekardus Præſul.

Anno [illegible]. Incarn. M. XIX.

Anno [illegible]m. Incarn. M. XX. &c.

[illegible] Ducis Brecislaus de pueritia tranſcendens [illegible] tem ibat de vir[illegible]n virtutem: cui prę cæteris proſpe[illegible]tas opis, proc[illegible]as co[illegible] & formæ pu[illegible]udo, ac virium ſapientiæque magnitudo, in [illegible] do [illegible] peris [illegible]mpe[illegible]inerat manſue[illegible]do. His temporibus Theutonicis in partibus fuit quidam Comes [illegible] ns, cognomine Albertus Otto, ſan[illegible]ine de regio prodiens ſtemmate patrio. Vnica huic erat gnata nomine Iuditha,* pulcritudine [illegible] *[illegible] ſunt* [illegible] *[illegible]elli* quam bonus pater & eius optima mater quo addiſceret Pſalterium, tradiderant in cœnobium quod [illegible] od, loci ſitu & m[illegible] m[illegible]n[illegible]m. Sed [illegible] es [illegible] ſa[illegible]mæ, [illegible] firmiſſima [illegible] reſiſtere & amantem po[illegible] ex[illegible]dere. *Omnia vincit* [illegible] *& Dux* [illegible] *[al. Iutha, Ottonis [illegible] Ruffi Imp. F]* *[al. [illegible]pius.]*

[illegible] Brecislaus iuuenum p[illegible], h[illegible] os aco[illegible], m[illegible]s referentibus au[illegible]n de nimia pulchritudine, [illegible] probitate, ac [illegible]ero[illegible]e pa[illegible]elæ [illegible]ra[illegible]æ puellæ, vltra non habebat ſpiritum, & intra ſemetipſum cœpit cogitare, [illegible]u[illegible] eam vi rapere tentet, an dotalibus connubia paret. Sed maluit viriliter agere,

qua[illegible] tamen innatam Theuto[illegible]am, & quod semper tum[illegible] lo[illegible]u habeant despectui Sclauos, & eorum [illegible]guam. Sed quanto fit semper difficilis aditus ad amorem, tanto amanti filius Vener[illegible] incu- rit [illegible], fluc[illegible]at mens [illegible]nis igne [illegible]censa Veneris, *velut ignibus æstuat Æthna.* [illegible] hanc Apoth[illegible]ph[illegible] [illegible]phon[illegible]at secum. *Aut ego coniugio fungar e[illegible], aut e[illegible]o ludibrio mergar perpetuo fieri non potuit, vt mea non fuerit Iuditha nobilibus edita natalibus, virgo spectabilis, multum amabilis, soli vice clarior, vita mihi carior. Viuas vt [illegible]er- stes laus Deo sit perpes.* [illegible] statim quos inter suos nouit manu promptiores, & [illegible] fide- liores, iubet probatos & laboris patientiores aptari equos, & [illegible] se ad Imperatore[illegible] ituru[m], & cit[illegible]us rediturum. Iussa viri faciunt, sed quid dominus suus mo[illegible] Mira[illegible]ur inter se, quod tam celeriter vadunt, & quasi septem di[illegible] [illegible]ages, vice [illegible] pręd[illegible] cœnobii [illegible]rium. Int[illegible] dixerat [illegible] omnibus Du[illegible] [illegible], quis vel vnde esset, innotescerent; sed q[illegible] ipsum haberent. C[illegible]dat Ithacus callido ingenio inuestig[illegible] natum Cheridi[illegible], ne se ia[illegible] pal[illegible] T[illegible] audem rapuisse Amyc[illegible], quia hic iuuenis Breci[illegible]laus ambos [illegible] & audacis facti [illegible]manitate. Nam postquam data [e]st cis ibi pe[illegible] licentia, sicut lupus quando obambulat ouilia, quærens qua parte i[illegible], [illegible] rapiat agnam, sic & heros B[illegible]cislaus v[illegible]u sagaci & animo il- lu[illegible] vi irrumpere sed non audet, quia se[illegible] tantam copi[illegible] [illegible] habet. F[illegible] fortuna adfuit dies festa & ecce mille votis optata cum [illegible] co- æu[illegible] Claustro exit virgo Iuditha, sicut puel[illegible] solebant ten[illegible] ad vesperas pul- sare campanas in med[illegible] Ecclesiæ. Quam vt vidit audacissimus raptor, sui præ gaudio factus immemor, ceu lupus qui ex occulto irruit & rapit agnam, & conscius facti fugit submittens caudam, petens vlteriorem latebram, sic & ille rapta virgine fugit. & vt ve[illegible] ad portam, inuenit eam molendinari fune pręstrictam, & viam exeundi præ- cl[illegible]. Mox exempto gladio vt festucam præcidit acuto: quæ vsque hodie cernitur se[illegible] ictus protestimonio. Cæteris autem sociis id minime [illegible]ti- bus, & adhuc in papilionibus manentibus, ab irruentibus [illegible]icis comprehensis, ali[illegible] erutis oculis & naribus abscissis aliorum manibus & pedibus t[illegible]catis, Dux cum paucis & virgine rapta per noctis vix euasit opaca. Rapta est autem Virgo Iuditha.

Anno Dom. Incarn. M. XXI. Et ne daretur Theutonicis iusta occasio calumniandi Boe[illegible]os, quasi pro[illegible]lata iniuria, [illegible] heros Brecislaus cum noua nupta, patre saluta- to D[illegible] Oalrico, recta via proficiscitur in Mo[illegible]. Nam ante a pater sibi totam [illegible]m terram tradiderat in potestatē, fugatis c[illegible] ciu[illegible]bus Polonis, ex quibus m[illegible] centenos & centenos ordin[illegible]m cathenatos vendi iusserat in Vngariam & v[illegible] quia reuera post obitum secundi Boleslai [illegible] cut vrbem Pragam, ita totam Morauiam [illegible]uerant Poloni.

An. Dom. Incarn. M. [illegible] in Polonia facta est persecutio Christianorum.

An. Dom. Incarn. M X[illegible] .VI. Idus Augusti [illegible]kardus IV. Episcopus Pragensis Eccle- siæ transiuit ab hac luce vic[illegible]rus perpe[illegible]m vitam [illegible] hic Præsul contra poten- tes erec[illegible] humiles & mansuetos pius, modestus, facu[illegible] prædicator lar- gus elee[illegible]or, dominicæ familiæ in mensura tritic[illegible] fi[illegible]nsator. Hic consti[illegible]atione vnusquisque siue potens, siue diu[illegible] pauper, tan[illegible] vel allodio araturam haberet, duos modi[illegible] v. [illegible] & duorum [illegible] & alterum auen[illegible], Episcopo soluere. Na[illegible] cut [illegible]o Diethmaro co[illegible]er[illegible], pro de[illegible]ne d[illegible] acc[illegible] Di[illegible]mus [illegible] acc[illegible] vel man[illegible]los habentem.* [illegible] po[illegible] I[illegible]uit episcopat[illegible] ordinatus est eodem anno IIII. Cal. Ian. a[illegible]scopo [illegible]untino.

[illegible] Episc. Prag. [illegible]

[illegible] Dom. Incarn. M. XXIIII IIII. Idus [illegible] obiit Heinric[illegible] Rex.

Anno Dom. Incarn. M[illegible].X[illegible] Calend. [illegible] obiit Boleslau[s] Rex.

Anno Dom. I[illegible]V.

Anno [illegible] I[illegible]VI.

Anno Dom. I[illegible]VIII.

A[illegible] Dom. Incarn. [illegible] XXIX.

Anno Dom. Incarn. M. XXX.

Hæc

Hoc anno Dux Breeislaus magna cęde proſtrauit Vngaros, & terram eorum vſque ad vrbem Strigoniam deuaſtauit. BRECISLAVS dux.

Eodem Anno III. Calend. Februarii, Izzo. v. Epiſcopus Pragenſis eccleſiæ *tranſiit ab hoc mundo, brauio fruiturque iucundo.* Hic fuit nobilis genere, ſed nobilior opere. qui prior fecit quæ facienda præcepit. Nam nulli magis eſt nota propria ſedes, quam ſibi carcer & infirmorum erant ædes. Nec eum latuit, quot hominum capita vitæ ſint reddita, *vel quot mors animas ad furnas mitteret vmbras.* Præterea ſolitus erat quotidie quaterdenos pauperes paſcere, quibus abunde procurans cibum & potum ipſe benedixit, & ipſe hilariter diſtribuit. Erat tamen & corporis eius pulcritudo inſignis, caput capillo albius cigno: vnde cognomen obtinuit, vt diceretur *Albus atque blandus Epiſcopus Izzo.*

Poſt hunc Seuerus præſul ſucceſſit in ordine ſextus, qui tempore iuuentutis miræ enituit decore agilitatis: quia quotquot erant in curia ducis, omnes ſuis præcellens obſequiis, ſedulum ſuo domino & magis gratum quia fidele exhibebat ſeruitium. Primus tamen fuit officiis clericorum, nec minus deditus ſtudiis laicorum, ſemper aderat comes indiuiduus Duci in venationibus; primus enim affuit in occiſione ſyluatici apri, & abſcindens eius caudam, purgat & parat vt ducem velle norat, paratamque venienti Domino ad veſcendū donat. vnde Dux Oalricus ſæpe ſibi fertur dixiſſe: *O Seuere dico tibi vere, pro hoc tam dulci edulio dignus es epiſcopio.* His atq; huiuſmodi ſtudiis habuit gratiam Ducis, & placuit vniuerſis. Seuerus episc. Prag. VI.

Anno Dom. Incarn. M. XXXI. ſanctorū Apoſtolorū Petri & Pauli in natalitio ordinatus eſt Seuerus epiſcopus à Moguntino Archiepiſcopo Eodē anno natus eſt Zpragnen filius Brecislai ducis.

An. Dom. Incarn. M. XXXII.
An. Dom. Incarn. M. XXXIII.
An. Dom. Incarn. M. XXXIIII.
An. Dom. Incarn. M. XXXV.
An. Dom. Incarn. M. XXXVI.

Anno Domini Incarn. M. XXXVII. obiit Dux Boleslaus quem Meſko lumine priuarat.

Eodem Anno v. Idus Nouembris Dux Oalricus *linquens terrena captat cæleſtia regna.* Tunc Iaromir (de quo ſupra meminimus) lumine orbus, cui Dux Oalricus deſtinauerat vt degeret Lizza in vinculo, audiens quod frater ſuus ab hoc migraſſet ſeculo, ſurgit diluculo, & imperat vt ſe deducant ad vrbem Pragam vehiculo. Quo cum peruenit, iam fratrem ſuum delatum in eccleſiam ſancti Georgii inuenit, ad cuius funus ſtans iuxta feretrum, omnium circa aſtantium mouit & conuertit corda huiuſmodi elogii lamento: *Heu mihi quid dicā, niſi ſæpius Heu mihi dicā, Heri mihi germane, heu dira cōditio mortis amara. Mortuus ecce iaces, nec ego, nec tu modo gaudes huius terreni fugitiuo culmine regni. Nudius tertius Dux nobilis, hodie truncus immobilis, cras vermibus eſca, poſt tenuis fauilla & inanis eris fabella. Lumine priuaſti me, nec frater vt fratrem amaſti, non feciſſe modo quod feciſti mihi, malles. Nunc ſcio, ſi poſſes, mihi lumina reddere velles, cum tua ſunt nuda & aperta, ſeu bene ſeu male facta. Sed nunc ex toto tibi frater corde remitto, vt pietate ſua Deus omnipotens tibi parcat, ſpiritus atque tuus poſt hac in pace quieſcat.* Pòſt expletis rite funebribus exequiis, accipit Breeislaum fratruelem, & ducit eum ad ſedem Principalem: Et ſicut ſemper in electione Ducis faciunt, per ſuperioris aulę cancellos decem millia nummorum aut plus per populum ſpargunt, ne Ducem in ſolio comprimant, ſed potius ſparſos nummos rapiant. Mox Duce locato in ſolio, & facto ſilentio, tenens dextram ſui fratruelis Iaromir dixit ad populum: *Ecce Dux veſter*, At iſti ſueclamanr ter *Kirleſſu*, quod eſt *Kyrieeleiſon*. Et iterum Iaromir ad populum: *Accedant*, inquit, *de gente Muncia, accedant de gente Irnea*, & vocat eos nominatim quos norat armis potentiores, fide meliores, militia fortiores, & diuitiis eminentiores. Quos vt ſenſit adeſſe dixit: *Quoniam me mea fata non ſinunt vt ſim veſter Dux, hunc aſſignamus vobis Iudicem, & collaudamus, qui ei obediatis, vt dignum eſt duci, & debitam fidelitatem exhibeatis, vt par eſt ſuo Principi. Te autē fili moneo, & repetens iterū iterumq; moneo, iſtos colas vt patres, hos diligas vt fratres, & in omnibus negotiis tibi conſiliarios habeas: His vrbes & populum ad regendum committas: per hos n. Boemia regnū ſtat, & ſtetit, atq; ſtabit in ſempiternū. Aſt illos qui ſunt Verſouici,*

Iaromir caecus.

BRECISLAVS Dux. Syl. cap. 10

suiquorum patrum nequā filii, nostri generis hostes domestici, familiares inimici, vt cœnosam rotam deuites, & consortia eorum declines, quia nobis nunquam fuere fideles. Ecce me innocentem & suum principem inprimis ligauerunt, & diuersis affecerunt ludibriis, post sibi innatis versutiis & fraudulentis consiliis idegerunt, vt frater fratrem me hisce priuaret oculis. Habeas, fili mi, semper in memoria sancti Adalberti praconia, qui eorum ob facta crudeliter, vt fiant super eos excidia, sancto ore confirmauit, & excommunicauit eos in Ecclesia. Quæ nutu dei iam bis sunt facta. tertio vt fiant, adhuc sunt sollicita fata. At illi hæc audientes dissecabantur cordibus, & fremebant dentibus in eum vt leones: nec post multos dies Cohan, de quo supra retulimus, misso lictore suo, dum ille cæcus purgat ventrem in necessario, noctis in hora acutissima sica perforat eum in posteriora vsque ad ventris interiora. Sicque iustus vir velut Dei martyr Dux Iaromir obiit.

An. Dom. Incarn. M.XXXVIII. nonas Nouembr. Hactenus acta antiquitus liber continet primus. Sed quia (sicut ait Beatus Hieronymus) aliter visa, aliter audita, aliter narrantur ficta; quæ melius scimus, melius & proferimus: nunc auxiliante Deo & sancto Adalberto ea fert animus dicere, quæ ipsimet vidimus, vel quia ab his referentibus, qui viderunt, veraciter audiuimus.

Explicit liber primus de Chronicis Boemorum.



PROOEMIVM,

AD CLEMENTEM ABBATEM BREVNENSIS ECCLESIÆ.

SPIRITVALI *Breunensis Cœnobii Patri Clementi, sic ex re nomen habenti, semper Theoriæ inhærenti, Cosmas haud dignus dici Decanus, Angelica consortia Senatus. Cum multa mecum reuoluens supersederem, quid potissimum caritatis viro tātæ sanctitatis transmitterem, quippe cui pondera auri & argenti sordent, solaque quæ sunt Spiritualia placent, optimum fore duxi tuæ tantummodo voluntati obsequi. Intellexi enim per tuum clericum nomine Deocarum, qui mihi olim innotuit familiariter, quod meas nænias quas olim Geruasio scripseram, velles videre libenter. Hac oblata occasione roboratus, imò cari amici persuasione compulsus, nō solum quod petisti, verum etiam secundum eiusdem narrationis (vt ita dicam) libellum, quem similiter prout scire licuit à tempore Brecislai filii ducis Oalrici vsque ad eius æquiuocum filium Regis Wratislai digestum, tuæ paternitati pandere præsumo. Licet enim pater ô venerande, diuinas non cesses epotare scripturas, & profundos Philosophiæ semper exhaurias fontes, tamen hoc tantenus liquore non dedigneris tua sicca proluere labra. Sæpe enim fit, vt post fortia vina & soporifera pocula, naturalis quandoque homini incidit sitis, fitque haustus puri laticis suauior dulcibus poculis. Sæpe fit vt Martis miles qui sudat in armis, gaudet virgineis se commiscere choreis, aut iuuat in circo puerili ludere trocho. Sic tu, o sanctissime pater, tam grauia & syllogistica volumina lingua, & hæc mea opuscula sensu puerilia, immo rusticalia, perlege: vbi nonnulla subsannatione & derisione digna inuenies, quæ vtique idcirco memoriæ commendes, vt ea tibi à Deo collata sapientia quandoque ad vnguem emendes. Quod*

autem

autem in quibusdam locis quasi metricos versus inuenis, scias me scienter nescium fecisse, dum non feci versus. Vale.

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

IGITVR Dux Brecislaus iam in paterna sede vigoratus, quam Deo tam hominibus beneplacitis actibus calcans vestigium patrum, & eos præcellens contigua arte virtutum, sicut sol in virtute sua sidereum lumen & Lunæ nimio splendore occulit & hebetat, sic nouus Achilles Brecislaus nouis triumphis fortia acta & victoriosissimas atauorum palmas attenuat & obscurat. Nam Deus talem sibi gratiam contulit, vt quas singulis hominibus particulariter, has quoq; huic indeficientes virtutes largitus est generaliter. Quippe hanc virtutum obtinuit accumulationem, vt in rebus bellicis strenuitate præcelleret Gedeonem, corporis viribus exuperaret Samsonem, quadam speciali prærogatiua sapientiæ præiret Salomonem. Vnde factum est, vt in omnibus prælüs victor existeret ceu Iosua, auro & argento locupletior esset Regib. Arabiæ, & vndiq; inexhaustis affluens diuitiis, atq; in largiendis munerib. non deficiens *assimiletur aquæ quæ nunquam deficit amne.* Huic cõiunx Iuditha nobilissima genere, fœcundissima prolis germine, genuit quinq; iuuenes corpore insignes & supereminẽtes, ceu Hematiæ montes, sapiẽtia singulares, probitate nulli cõparabiles, vniuersa virtutũ honestate laudabiles. Fuit aũt primogenitus nomine Spingnen, secundus natu Wratislaus, tertius stẽmate Conradus, quartus genitura Iaromir, quintus & vltimus Otto pulcerrimus. Horum de vita, & gloria, prout affluet verborum copia, sufficienter in suis locis explicabitur. Quos adhuc positos in puerilibus, sed studiis pollere virilibus, pater valde miratur, *cernens egregium decus & par nobile fratrum. Nec minus angebant matrẽ sua gaudia latã* de tanto prouectu filiorũ, & magnificæ gloriæ statu.

Brecislai expeditio Polonica.

Ea tempestate Kazimir Poloniensi nobilissimo Duce ab hac subtracto luce, filiis eius Boleslao & Vladislao adhuc in infantia positis ad vbera lactis, vna spes erat salutis in misera fuga, fugientibus per diuersa loca Poloniensibus. Quod animaduertens Dux Brecislaus, quarto anno sui ducatus optimum fore ratus ne differret oblatam occasionem calumniandi suis inimicis, imo vlciscendi de illatis iniuriis, quas olim Dux Mesko intulerat Boemis, quantocius potuit, inito consilio cum suis eos inuadere statuit, statimq; terribilem dictat sententiam, totius Boemiæ per prouinciam mittens in signum suæ iussionis torquem de subere tortum, vt quicunq; exierit in castra segnius dato signaculo, sciret procul dubio, tali torque se suspendendum in patibulo. Quibus in momento in ictu oculi congregatis in vnum & vsque ad vnum, intrat terram Poloniæ suo viduatam Principe, & eam hostiliter inuasit, & velut ingens tempestas furit, sæuit, sternit omnia; sic villas cædibus, rapinis, incendiis deuastauit, in munitiones irrupit. Krakou autem eorum metropolim ingressus à culmine subuertit, & spolia eius obtinuit: insuper & veteres thesauros ab antiquis Ducibus in ærario absconditos euoluit, scil. aurum & argentum infinitum nimis. Similiter & cæteras vrbes igne succendit, & vsq; ad solum destruxit. Cumq; peruenissent ad castrum Gdec, castellani & simul qui illuc confugerant villani, non valentes ferre impetum Ducis, exeunt ei obuiã auream gestantes virgam, (quod erat signum deditionis) & vt eos pacifice cum suis pecoribus & cæteris rerũ appendiciis transferat in Boemiam, suppliciter rogant. Quorum Dux petitionib. adquiescens, postquam perduxit eos in Boemiam, dat eis partem syluæ quæ vocatur Cirnin non modicam, constituens eis vnum ex ipsis præfectum & iudicem; & decernit, vt sub lege quam in Polonia habuerãt, tam ipsi quam eorũ posteri in sempiternũ viuant: atq; nomine ab vrbe deriuato vsq; hodie nũcupantur Gedeane. Nec longe a prędicta vrbe ventũ erat ad Metropolim Gnezden, natura loci & ante murali firmam, sed facilẽ capi ab hostibus, raris eam inhabitantib. ciuibus. Vbi tunc temporis in basilica S. Dei genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, preciosissimus quiescebat thesaurus, sc. beatiss. Adalberti Martyris corpus. Quam mox Boemi sine Marte potiuntur vrbe, & cũ magna lætitia intrant S. Ecclesiæ limina, atq; omni præda posthabita solam sibi poscunt dari pro Christo passam sacri corporis preciosam massam. Quorum præsul Seuerus vt vidit temeritatem, & pronam in omne fasq; nefasq; sensit voluntatẽ, talibus alloquiis tentat eos reuocare ab illicitis ausis: *Fratres mei, & filii Ecclesiæ dei, non tam ex facili constat sicut vos æstimatis, vt sacram corporis glebam dei virtutib. plenam quis mortalium tam temere præsumat tangere. Timeo enim valde, ne percellamur aut mentis obliuio-*

Gdec castrũ.

Gedeane.

Gnezden.

ne, aut cæcitate, aut aliqua membrorum debilitate, si id temere præsumpserimus agere. Quapropter prius triduo ieiunate, de peccatis vestris pœnitentiam agite, & ab omnibus abominationibus, quas ipse abominatus est in nobis, abrenunciate, & ex toto corde quod eas vltra non faciatis promitti[illegible]. *Spero enim in misericordia Dei, & nostri patroni Sancti Adalberti, quod non priuabimur spe petitionis nostræ, si persistimus fidei in deuotione & precum assidua oratione.* At illis visa [illegible] Præsulis verba quasi deliramenta, & continuo aures suas continentes fecerunt impetum vt raperent sacrum corpus, & quia post altare iuxta parietem conditum fuerat, & alter euelli non poterat, nisi altare destrueret manus improba cum mente ferina, operantur profana, sed non defuit vltio diuina. Nam in ipso opere suæ temeritatis steterunt sensibus obstupefactis, nec erat vox nec sensus, nec visus, per trium fere horarum spatia, donec iterum propiciante gratia Dei rehabuere pristina officia. Moxque licet serò pœnitentia ducti, faciunt iussa Episcopi & quanto erant diuino nutu enidentius castigati, tanto deuotius perstabant precibus infatigati, triduo ieiunantes, & veniam postulantes. Tertia nocte Seuero Episcopo post matutinalem synaxim quiescenti Sanctus Præsul in visione apparens Adalbertus, *dic ait ista Duci & eius Comitibus. Pater de cælis dabit quod petitis, si non repetitis mala, quibus abrenunciastis in fonte baptismatis.* Hoc mane cum Præsul innotesceret Duci & eius Comitibus, mox exhilarati intrantes Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & ante sepulcrum Sancti Adalberti humi prostrati diu, fusa communi oratione surgit Dux, & stans in vmbone hac rupit silentia voce: *Vultis præuaricationes vestras emendare, & à prauis operibus resipiscere?* At illi obortis clamant cum lacrymis: *Emendare parati sumus, quicquid in sanctum Dei patres nostri vel nos præuaricati sumus, & a prauo opere omnino cessare.* Tunc Dux extendens manum suam super sacram tumbam, sic orsus est ad populi turbam: *Extendite fratres simul vestras ad Dominum dextras, & ad meos attendite sermones, quos volo & vestræ fidei sacramento confirmetis. Ergo hoc meum maximum & primum sit decretum, vt vestra connubia, quæ hactenus habuistis vt lupanaria, & ceu brutis animalibus communia, à modo iuxta canonum scita sint legitima, sint priuata, sint insolubilia, ita duntaxat vt vir vna coniuge, & coniunx vno viro contenti viuant. Si autem coniunx virum, aut vir coniugem spreuerit, & rixa inter eos vsque ad dissidium efferbuerit, qui ex eis in priorem copulam legitimè celebratam redire noluerit, nolo vt secundum ritum nostræ terræ huius rei violator in seruitutem redigatur, sed potius nostri immutabilis decreti per angariam, qualiscunque sit persona, redigatur in Vngariam, & nequaquam liceat vt pretio se redimat, aut in hanc terram redeat, ne vnius contagio ouicula totum Christi serpat per ouile.* Seuerus Episcopus dixit: *Quicunque aliter fecerit, anathema sit. Eadem sententia sint plectendæ virgines & viduæ adulteræ, quæ nomen bonum amisisse, & pudorem corrupisse, ac per scortum concepisse dinoscuntur. Nam cum liberum nubendi habeant arbitrium, cur committunt adulterium, & conceptus suos auorciuant, quod est pessimum scelus scelerum.* Tunc Dux subiungens inquit: *Si vero mulier proclamauerit pari vice non amari, sed inclementer à viro affligi & profligari, detur inter eos iudicium Dei: & qui inuentus fuerit reus, soluat pœnas rei. Similiter & de his qui homicidiis infamantur, Archipresbyter Comitis illius ciuitatis nomina eorũ asscribat, & Comes eos cõuentat; & si sunt rebelles, in carcerẽ redigat, donec aut pœnitentiam dignã agãt; aut si negant, ignito ferro siue adiurata aqua, vtrum culpabiles sint, examinentur. Fratricidas autem & parricidas, siue sacerdotum interfectores, & huiusmodi capitalibus criminibus irretitos, Archipresbyter assignet eos Comiti vel Duci, siue per manus & ventrẽ ferratos de regno eiiciat, vt ad instar canũ vagi & profugi circũeãt terra.* Seuerus Episcopus [illegible] Ducis deliberatio *iusta sit anathemate firma. Nã ad hoc vobis Ducibus mucro pendet in femore, vt manus vestras sæpius lauetis peccatoris in sanguine.* Iterũ Dux: *Tabernam, [illegible] quæ est radix omnium malorũ, vnde procedunt furta, homicidia, adulteria, & cætera mala, & qui perat, & qui paratam comparat* Seuerus Episcopus dixit, *Anathema sit.* Et Dux, *Qui*, inquit, *comprehensus fuerit huius violator decreti tabernarius in medio foro ad palum suspensus & vsque ad fastidium præconis cæsus depiletur: res tamen eius non [illegible] centur [illegible] potius tantum in terram proiiciantur, ne quis execrabili haustu polluatur. Potatores autem si deprehensi fuerint, non [illegible] carcere exeant, quam in fiscum Ducis vnusquisque c[illegible] nummos componat.* Seuerus Episcopus dixit: *Quæ Dux iudicat, nostra authoritas firmat.* Adhuc Dux prosequi[illegible] *Fora autem dominicis diebus omnino ne fiant interdicimus: quæ ideo maxime in [illegible] celebrant [illegible] ibus, [illegible] cæteris diebus suis vacent operibus. Si quis autem quam dominicis tam festis diebus publice ad Ecclesiam feriari indictis, in aliquo seruili opere inuentus fuerit [illegible] opere est inuentum, Archipresbyter tollat iumentum, & CCC. Ducis [illegible] similiter &*

Brecislai Ducis leges.

* Occupolim

[illegible] sine in sylvis suos sepeliūt mortuos, huius rei præsumptores Archidiacono bene [illegible] du[illegible] soluant nummos: mortuum tamen in polyandro [illegible] huius con[illegible] denuo. [illegible] odit Deus, hæc sanctus Adalbertus pertæsus nos suas deseruit oves, & ad exteras maluit ire [illegible] gentes. Hæc [illegible] vltra non [illegible], no[illegible] simul & [illegible] sacramento con[illegible]mamus. S[illegible] Dux, & [illegible] Trino [illegible], & ma[illegible] cæteris c[illegible] em Psalmos & alios [illegible] operi [illegible] oratione [illegible], [illegible] destruere summa sepul[illegible], destruc[illegible] eum vsq; ad ima [illegible], & cum aperuissent sarcofagum, omnes qui in Ecclesia aderāt [illegible] gra[illegible] o[illegible] es[illegible], vt per tres dies [illegible] op[illegible] ef[illegible] en[illegible] fic[illegible] qu[illegible] iam & [illegible] eodem die [illegible] Tunc dux & Episcopus & [illegible] Comi[illegible] inspicientes, vt viderunt sanctum dei ita vultu & habitu clarum [illegible] corpore integrum per omnia, ac si eadem die sacra missarū celebrasset solemnia [illegible] *Te Deum laudamus*, Laici *Kyrieeleison* modulantur, & resonant voces eorum [illegible] æthera. His ita peractis Dux præ gaudio faciem perfusus lacrymis sic orat. *O Christi martyr, beate Adalberte, nostri semper & vbiq; miserere: nunc solita nos respice pietate, nobis peccatoribus propitiare, atq; tuam sedem Pragensis Ecclesiæ per nos quamuis peccatores referre non dedignare.* Mira res & valde stupenda cuius tumbam nudius tertius contingere non poterant, continuò dux & Episcopus sine impedimēto corpus eius sarcophago leuant, & [illegible] co operientes in superiori altari locant, vt plebs sua vota soluat, q[illegible] deo & ei [illegible] o vouerat: atq; eadem compositæ sunt cc. marcæ altaris in arce. O *Deus omnipotens mundum per sæcla reuoluens, qui semper regnas, solus qui cuncta gubernas. Nil fit nec fuit in mundo nec erit bone Christe tuo sine nutu.* Quis nam mortalis hęc vnquam credere posset, vt ad gentes apostatrices iam in cælesti regno laureatus corpus suum referri [illegible], quarum [illegible] perp[illegible]natus facinora aufugit cōsortia, cū adhuc viueret. Sed si maiora Dei & antiqua mi[illegible] perpendimus, quomodo populus Israeliticus sicco vestigio transiuit mare, qualiter [illegible] sicca rupe fluxerunt aquæ, vel qualiter factor orbis apparuit in orbe natus de Maria Virgine: nō admirari, sed potius Deo, qui fecit & facere potest [illegible], nos [illegible] humiliari, & eius gratiæ totū assignare, cuius gratia inspirante a[illegible] [illegible] similiter transf[illegible] at corpus Archipræsulis eiusdem ciuitatis nomine Gaudent[illegible] q[illegible] eadem Ecclesia forte quiescebat. Hic (vti superius retulimus) non [illegible] carnali, verum & spirituali coniunctione frater sancti Adalberti, & comes indiuiduus [illegible] omni [illegible] & ærumna fuit, & si cum eo non corpore martyrium, mentis tamen com[illegible]passio[illegible]. Nec.n. fieri poterat, vt gladius animam eius nō pertransiret, cum germa[illegible] [illegible] paganorum in frusta [illegible] cidi videret, & ipse pariter occidi valde optaret. [illegible] est Duci & Episcopo, vt quinq; fratrum reliquias sancto corpori adiunctas, q[illegible] [illegible] passione Deo donāte relaturi sumus, qui in eadem Ciuitate, sed in alia Ecclesia [illegible] quiescebant, pariter cū summa diligentia transferant. Quid m[illegible]? Ventū est cū omni sacra sarcina in prosperitate & lætitia Boemiam, & in Vigilia sancti Bartholomęi [illegible] post [illegible] prope metropolim Pragam castrametati sunt circa riuulum Rokitnicam, vbi [illegible] die clerus & vniuersa plebs cum processione occurrit, cuius longam seriem [illegible] campus. Talis.n. processio fuit: Dux ipse & Episcopus hum[illegible] [illegible]xi dul[illegible] pondu[illegible] rtant Martyris Christi Adalberti. Pō[illegible] Abb[illegible] fere[illegible] reliquias quinq; [illegible]. De[illegible] de Archipresbyter[illegible] Gaudentiū Archie[illegible] [illegible] Q[illegible] xii. presbyteri vix sustentant [illegible] pondus aurei cru[illegible], [illegible] Dux Mesko ter semetipsum hoc apponderarat auro. Q[illegible] feru[illegible] [illegible] auro, quæ circa altare, vbi sanctum corpus q[illegible] p[illegible] fu[illegible]. Erat [illegible] [illegible] tabula quoq; [illegible] arum [illegible] longitudine, & [illegible] in latitudine [illegible] pr[illegible] preciosis [illegible] c[illegible] allinis sch[illegible] in margine versibus [illegible]*um [illegible] bras appoderat hoc opus auri.* Postre[illegible] pl[illegible] unt [illegible] anas, & o[illegible] gaz[illegible] [illegible] qu[illegible] [illegible] collat[illegible] [illegible] Christo [illegible] O d[illegible] [illegible] pe [illegible] la [illegible] fr[illegible] quo[illegible] [illegible] ran [illegible] s lætabun[illegible] [illegible] pe [illegible] ar[illegible] ec[illegible] randa & [illegible] .. O [illegible] elix Metropolis Praga [illegible] [illegible] ra[illegible], Domino Deo tibi collata excipis gaudia ge[illegible] [illegible] r cordiæ oliuas fama volas vltra Sauromatas atq; Iazygas.

* *Adalberti reliquia trāslata.*

Hæc & ſimilia his Deo plenus infantulus iam tunc agendo, multorum oculos in ſe defixit, mirantium eius acta ac dicentium; *Benedicens benedixit hunc puerum Deus, qui infra limina pueritiæ adhuc poſitus,ad optima quæque ſic arduus ſurgit. O ter quaterque beatus, ſi hæc humanitatis ſtudia tota deuotione adimpleuerit, & arrepti operis curſum congruo exitu terminauerit.* Quibus verò cognitus erat pater & eius mirifica mater, *Non eſt mirum*, aiunt, *ſi tantus eſt de tantis parentibus ortus. patris iuſtitia floret in eo, & maternæ pietatis imago in purpureo pectore vernat?* Quot annis ſtuduit,incertum eſt:ſed quia ſecularis Philoſophiæ ſcientiſſimus erat,nouimus omnes. quem Dominus, (credo) ad hoc humanæ Philoſophiæ ſtudere voluit, vt poſt diuinæ ſapientiæ montes faciliore greſſu ſcandere poſſet; aut potius ſeculi amara paruulus potare debuit,vt poſt vir factus Dei dulcia auidiore animo hauriret.

Poſthæc magiſter ſcholarum Imperatoris ſeruitio aſſcriptus, acceſſit in regiã curtem. At Archimandrita Adalbertus debitum naturæ perſoluens,ex hoc pelago ad littora ſempiternæ beatitudinis tranſuolarat. Alumnus autem ille patriam, charoſq; propinquos reuiſens,ſub ſacræ ciuitatis Pragæ Epiſcopo * arma Chriſtianæ militiæ militaturus aſſumpſit. Nec multo pòſt cœpit languor peſſimus eundem Epiſcopum,& deteſtabili fine clauſura venit ei vltima dies. Nam in extremo anhelitu, cum tamen adhuc magna pars animæ ſuperſtes foret, aſtantibus, quorum ille adoleſcens vnus erat, hanc fabellam ægra voce retulit. *Heu mihi qualis eram, & quantum mutatus ab illo; qualem me nunc eſſe vellem! Heu me miſerum! Perdidi dies meos; iam pœnitentiæ fructus nuſquam. Perii. vbi nunc honor meus & inanes diuitiæ? O caro putribilis, & eſca vermium! vbi nunc gloria & pulchritudo vanitatis tuæ. Decepiſti me, decepiſti fallax ſeculum, promittens mihi annoſam ætatem; & ecce inſperatæ mortis gladio malè interemiſti animam meam. Sed meum ſcelus vtcunque veniabile erga pium Dominum foret,niſi quod commendatæ plebis ſcelera ad cumulum miſeriarum accedũt. Voluptates n. & deſideria eis pro lege erant, nec prohibuis furentẽ,nec prohibere potui ſponte pereuntem populum, qui adhuc hodie nil ſciunt vel faciunt, extra quod digitus Satanæ in eorum cordibus ſcripſit. Væ mihi,quia ſilui.hoc eſt quod dolet, dolebitq; in æuum. Nam ecce atræ mortis victima in infernum recta via proficiſcar, vbi vermes mei non moriuntur, & ignis meus ardebit in æternum, & vltra.* Sic ait & citius obdormiuit, factuſque eſt planctus magnus ſuper eum. Timuerunt autem timore magno; ſed præ omnibus adoleſcens Adalbertus, qui his diebus delicioſus miles erat, nocte eadem ſacco indutus cilicino, & caput cano cinere reſpergens, ſingulas circuit Eccleſias, pauperibus quoque, quæ habuit largè diſpergens, ſe & cauſam ſuam precibus Domino commendauit. Ipſi autem Epiſcopatus honorem iam V.

Dietmarο. Coſmas ſupra lib. 1. fol. 14.

tunc aliqui tacitis promissionibus; nonnulli publico sermone promiserunt.

VI. Post mortem verò Episcopi non longè ab vrbe Praga factus est conuentus desolatæ plebis, vnà cum principe illius terræ, & fit diligens inquisitio, quem pro illo ponerent. Responderunt autem omnes vno ore: *Et quis alius, nisi indigena noster Adalbertus, cuius actus, nobilitas, diuitiæ, ac vita cum honore concordant? Hic quo ipse gradiatur optime nouit, hic etiam ducatum animarum prudenter administrat.*

Eodem die dominico, quando hæc electio facta est, quidam validissimo dæmone raptus, fertur in Ecclesiam, vbi sedes Episcopalis erit, & cœpit palam confiteri mala sua, quorum sibi conscius erat. Tunc conuenerunt ministri dominicalis mensæ, orantes pro eo, & sacris verbis inimicum prosequentes. Exclamauit autem per os illius impurissimus Dæmon, dicens: *Quid mihi & vobis? Venistis detrudere me de hoc habitaculo meo? Quid prodest vos iactare inania verba? Ego illum, qui sessurus est in ista sede, valdè timeo; cumque illum video vel audio, non ausus sum stare.* Et continuò spumans Dæmon murmura & horrisona verba ingeminat, & diris dentibus diu infrendens, ad vltimum exiuit, homine sano. Die postero ante ortum solis venit nuncius dicens, *Quia heri dominus Adalbertus consensu publico electus est in Episcopum.* Concurrunt populus cum Clero glorificantes, & gratias agentes Domino, quia volens nolensque nequam spiritus confessus est electionem illius.

VII. Rediens interea de Saracenico bello adiit Veronam imperatorius apex, scilicet Otto secundus, cui fuit manus in prælio fortis, in paruo corpore maxima virtus, Augustus melior bono patre, & (vt fama meminit) per omnia Cæsar Christianissimus. Idem tunc victor & victus, pro recolligendo milite huc venerat, volens vltum ire damna victoriæ; sed nesciens, quia mors eum proxima pulsat.

* Boleslai. Ad hunc ergo Sclauonica manus perrexit, ferens legationem de parte Ducis,* & obtulit electum Episcopum; rogans eius manu popularem confirmari electionẽ. Non minus Imperator eorum dignæ petitioni adquiescens, dat ei pastoralem virgam; & cuius suffraganeus erat, Magontino Archipræsuli* in Episcopum direxit consecrandum. * Willigiso.

Consecratus ille festo amicorum Domini Iesu Petri & Pauli, multo comitatu equitat in dulcem patriam. Equus autem, cuius tergo insederat, non more frementium equorum, nec properis cursibus gradiebatur, neque auro & argento portat fulgentia frena; sed in rusticum morem torta canabe ora strictus incessit ad arbitrium sedentis. Ventum est ad sanctam ciuitatem Pragam, vbi Dux præclarus Wenezlaus quondam regnum tenuit, ac in Dei seruitio viuere suum egregiè perduxit. Postea verò sub impii fratris ferro nobile martyrium consumens, manifestis indiciis ac ingentibus hodie vsque miraculis sua merita probat. Ibi nouus ille Pontifex vincula pedum soluens, nudo pede intrat vrbem; huic humili & contrito corde orationis iura persoluens, magno gaudio ciuium Episcopalem cathedram obsederat.

VIII. Erat autem cunctis diebus Pontificatus Episcopii sui piè ac fideliter seruiens Domino, sed multo ac inproficuo labore, Christianitatis normam exercens; in populo res Ecclesiasticas sub æqua diuisione distribuit in quatuor partes: primam partem pro necessariis vel ornatibus Ecclesiæ, secundam Canonicorum commoditatibus adscripsit, tertiam verò in agmina pauperum proflua miseratione expendens; vltimæ partis summulam pro suis vsibus seruat. Præterea omni die festo plurimos pauperes ad misericordiæ opera vocat, quæ eis necessaria erant, affluente copia ministrans. Item quotidianis diebus ter quaternos habere solitus erat, quos in Apostolici nominis honorem dape & potu satiat. Raro autem extra festum aliquod vidit eum meridianus sol manducantem, & nunquam media nox somno indulgentem. Stat lectus altis plumis, & ostro rigidus, die oculos hominum pascens, nocte verò aut habuit fratrem Gaudentium, aut cœcum natum; extra quos suo cubili amicissima familiaritate iunctos, & se tertium, nemo quartus recubuit in vna domo. Ipsi verò nuda humus, vel leue cilicium, & lapis pro capitis sustentaculo somnum dabant. Nunquam saturo ventre iuit dormitum, & nondum expleto sopore surgit ad solitæ orationis continua. Corpus verò, & corporis incentiua acerrimis attriuerat ieiuniis, nec vlli vnquam voluptati animum dare volebat. Parua quies oculis, & nulla venia est defectis pedibus. Iustrauerat enim carcerem, & carcere positos, quorum longa series & infinitum agmen erat. Nulli plus nota propria domus, quam sibi erat, quis, quo nomine, & in qua parte cubaret infirmus, aut quot capita rediuiua salus vitæ, quot fatalis hora mitteret leto. quorum omnium

post

post pia obsequia sacri seminis, seruus erat, ad caminum decurrit, & satione peracta, vnde viuerent, propriis manibus se laborasse gaudebat. Hinc viator intrepidus aderat, sacris ædibus sæpius Domino precator importunus cœlestes fores pulsat, nunc longis genuum flexionibus orationem protrahit, nunc ægra suspiria cordis multo flumine rigat. De completorio vsque ad primam non exiit sermo de ore eius, & ad instar Monachicæ professionis, nocturna silentia seruat. Post primam pastoralibus causis studia sua impendit, audiens diligenter, quid cum prædato paupere peregrinus & vidua eiularent. Quando autem exteriore cura vacabat, vsque ad Missæ celebrationem Dauidicis vtitur colloquiis. Homini non locutus est verbum, quamdiu dominicæ mensæ infulatus astitit, & supra sancta sanctorum immolat angelicum panem. Post aut opera manuum laborat, aut cum charis Capellanis sacræ lectionis cibaria degustat. His ociis longum diem, talibus negotiis totam ducere noctem, hi sibi mores, hoc studium, hæc erat meta viuendi.

IX.

Post completorium cum solitis orationibus incubaret, quidam pauper cui nihil præter vitam & membra impius latro reliquit, miseris vlulatibus tẽpli ostia pulsat; quo audito, cum de erogatis opibus nullæ superfuissent, cœpit curiosius excogitare, quid illi dare posset: & cum nihil aliud occurreret, ingressus cubile, quod solum habuit, tulit inde sericum puluinar. Cui abstrahens sericum, plumas circumquaque per domum respersit; deinde ad iacentis mendici clamorem recurrens, inanem purpuram in rugam complicuit, & per coeuntium ianuarum foramina emittens, hoc fertili dono manum pauperis accumulauit. cuius furti autor cum lateret, cumque Willico domus suæ præpositus hoc inter pueros asperius inquirere vellet, prohibuit eum, dicens, *Nequaquã inimicus homo hoc fecit, sed qui indigens erat, forsan pro explenda necessitate assumpsit.*

Inter hæc sancta opera non desierant pluere prædicationis pulchræ verba. nec sibi solum bonus, sed cum pluribus cœlestium gaudiorum particeps esse voluit; singulis compassione proximus, & præ cunctis in contemplatione suspensus: sic alta petens, vt proximorum infirma non despiceret; sic infirmis proximorum congruens, vt alta petere non desisteret; sic discretionis artem seruare nouit, vt esset in eo & iustè consulens misericordia, & piè sæuiens disciplina.

X.

Ipsi autem contraria voluntate ad carnalem sensum relapsi, bonum pastorem sequi noluerunt. Nouo quippe modo cum essent cœlestibus bonis pasti, peccatorum fęcibus explebantur. Ille spiritalibus adiutoriis caulas suas præmunire instat; illi destruere, quod fecit, diabolicis impugnationibus festinant. Ille à captiuitate dæmonum, vitiorum populũ liberare patat; illi eo arctius se in omni peccato obligare non cessant.

Vidit ergo Episcopus, quia diuinis legibus aduersum ire, omnibus modis festinauerunt; vidit, quod obdurato corde in Deum grandia quæque, & noua scelera adimplere meditantur, vidit optimæ gubernationis frustrari lacertos, plus etiam obesse sibi, quam populo prodesse. Deflet ergo peccatum, & amarissimo luctu prosequitur damna perditæ gentis. Ad vltimum cogitat, melius esse relinquere, quàm in cæco & sponte pereunte populo operam perdere, quòd maximè de tribus causis actum esse dicũt, qui huius rei ordinem, ipso narrante, compererunt. Prima & velut principalis causa, propter plures vxores vnius viri. Secunda propter detestanda coniugia Clericorum. Tertia propter captiuos & mancipia Christianorum, quos mercator videns infelici auro emerat, emptosque tot Episcopus redimere non potuit.

In somnis quoque apparuit ei Dominus suscitans eum, & de lento sopore surgere iubens. Inquit ille; *Quis es tu tam imperiosæ auctoritatis, vel cuius rei gratia quietem frangere iubes?* Respondit: *Ego sum Iesus Christus, qui venditus sum, & ecce iterum vẽdor Iudæis, & tu adhuc stertis?* Ille expergefactus secum tacito corde pertractat, quidnam hæc visio vellet. Admonet soluendæ quæstiunculæ socium, elegantem virum Williconem. Hic honore Præposituræ præerat cæteris. hunc vir sanctissimus consiliorum suorum participẽ fecit, cui cum suam visionem exponeret, respondit in propriá verba & cogitationes ille mitissimus heros: *Quando venduntur Christiani Iudæis, hanc venditionem patitur Iesus Christus, cuius nos sumus corpus & membra, à quo mouemur & sumus.*

XI.

Hæc S. Episcopus ęqua lance perpendens, & ab imo cordis longa suspiria trahens, amplius stare timuit; sicq; consilio doloris accepto, venit Romam, & Apostolicæ Sedis Pontificem,* quid in tanto suo populiq; discrimine agendum foret, gemebundis quæstionibus inquirit. *Commendatus*, inquiens, *mihi grex audire non vult, nec capit sermo meus in illis. in quorum pectoribus dæmoniacæ seruitutis imperia regnant; & ea regio est, vbi pro iusto virtus corporis, pro lege voluptas dominatur.*

* Benedict. VIII.

Ad hæc Apoſtolicus, *Fili*, inquit, *quia te ſequi nolunt, fuge quod nocet. Operæ pretium eſt enim, ſi cum aliis fructum facere non potes, vel teipſum non perdas. Quare in eo conſilio arripe tibi ocia contemplationis, & ſede inter eos, qui vitam quietam in ſtudiis dulcibus & ſalubribus agût.*

Hac itaque velut diuina reſponſione animatus, cum ad futura ſanctorum gaudia ardenti deſiderio anhelaret, ſtatuit ſecum, natale ſuum ſolum, notioreſque populos derelinquere. vult pro Domino peregrè proficiſci, atque velut ſub alio ſole inopẽ ducere ſenectam. Omnia dura & aſpera pro dilecto Ieſu dulcia ſibi viſa ſunt: pro diuite Chriſto anguſtam pauperiem pati, non tam labor, quam ingens amor erat. Poſt hanc ſuæ mentis deliberationem argentum pauperibus largè diſtribuens, Epiſcopalem cameram euacuauit.

XII. *Otto III. Imp.* Erat autem ipſis diebus Romæ imperatrix Auguſta Theophania, mater eius, qui modo regnat, Tertius (Deo iuuãte) Maximus Otto, cui pia cura circa pauperes eum ſummatibus viris, & benè quærentibus Chriſtum ſinceriſſima dilectio fuit. Hæc comperto quod gratia orationis exulans ille vſque Ieroſolymam pergere vellet, clam venire illum fecit, & argenti tantum, quantum iuuenis Gaudentius vix leuare poſſet, pro viatico accipere fecit. quod eadem conſequenti nocte pauperibus fideliter diuiſit, atq; ab vno denario totum expendens, nil ſibi retinuit. Deinde pueris remiſſis in patriam, mutat habitum, & aſinum pro portandis oneribus mercatus, cum tribus numero fratribus ſocium iter aſſumpſit.

XIII. Habens itaque animum Ieroſolymis ſepulchrũ Domini inuiſere, venit ad montem Caſſinum, in cuius cacumine monaſterium ſedet, quod hoc in loco primus conſtruere cœpit beatiſſimus Pater Monachorum flos & gloria Benedictus. Ibi quoque (vt Gregorii mellifluum os ſonat) vltimam vitæ partem deguit, & veræ religionis exẽplar omnibus, qui in Chriſto piè viuere volunt, digito conſcripſit. Hic cum licet agnitus non fuiſſet, tamen Domino quod futurum erat, prouidente, honorificè hoſpitio ſuſceptus eſt. Poſt paucos dies cum iter cœptum agere vellet, acceſſit ad eum illius loci Abbas, & cum ipſo admodum illuſtres viri, hæc conſilia velut à diuina arce ferentes. *Via*, inquiunt, *quam beatitudinis acquirendæ cauſa cœpiſti, longè eſt à recta via, & ab illa, quæ ducit ad vitam. Perplexitatibus quip[illegible] [illegible]gacis ſeculi carere magnanimi eſt; ſed quotidiè loca noua mutare minus laudabile eſt. Sicut enim hiberni maris inconſtantia malum nautis, ita vagatio de loco ad locum periculum ſuis ſequacibus minatur. ſtabile autem loco, & supernis vſibus eò liberius perfrui, non nos, ſed præcepta maiorum, virorumque fortium exempla tibi dicunt.* Quod conſilium prouidus heros non ſecus, quàm diuinitus datum accipiens, ibi finem laboris & cætera errabundæ vagationis ponere cogitauit.

Vide Leon. Hoſtienſ. lib. 1. Chron. Latin. cap. 17.

Hæc eo cogitante fruſtratur eum Deus, volens dilecti hominis deſideria aliquantulum dilatare, vt quanto nunc amara primum & labore parata, tanto poſt dulciora fuiſſent. Nam cum ibi monaſtica lege viuere vellet, cumque à minimo vſque ad maximum omnes hoc libentiſſimè vellent, repentè attonitas terribile verbum tranſuerberat aures. Et, *bonum eſt*, inquiunt, *vt ſtes nobiſcum, hic monachicum induas habitum, hic Deo placiturum viuere ducas, noſtras quoque Eccleſias nouo opere conſtructas, cum ſis Epiſcopus, ſacrare potes.* Quo audito ille heros iam dudum intra ſe turbatus, hæc ira dictante reddidit, *Vtrum me hominem vel aſinum putatis, vt cum amota filiorum cura Epiſcopus eſſe deſiſterem, nũc ſub nomine Epiſcopi veſtras domos conſecrarem?*

XIIII. Nec mora iuit deorſum per montis conuexa, & quaſi duorum dierum itinere acto, ad magnum virum Nilum perrexit; cuius nobile meritũ in monaſtico ordine, velut nouus lucifer in æthereo axe refulget: ſub quo etiam duce ac diuinæ artis magiſtro diſcipulorum plurima manus Deo militarunt. Hi verò omnes propriis manibus victum quærentes, ſecundum regulam ſancti Patris noſtri Baſilii cœleſtibus veſtigiis innituntur. Hac fama ductus aggreditur ſanctum ſenem, & prouolutis genibus diu profudit lachrymas, quærens ab illo reſponſa, & amica ſolaria, quem intuitus domnus Abbas Nilus, cuius meriti in conſpectu Domini viueret, iam in primo ſermone cognouit: qui & vſque hodiè ita amore Chriſti feruentem, non meminit ſe vidiſſe aliquem iuuenem. Et, *recepiſſem te*, inquit, *dulcis nate, niſi hæc ſuſceptio mihi meiſque noctura, tibi tamen minimè eſſet profutura. Etenim (vt iſte habitus & barba pili teſtantur,) non indigena, ſed homo Græcus ſum; terra autem quantulacumque eſt, quam ego & mei mecum incolunt, illorum, quos tu benè fugis, propria eſt. Sed ſi (quod Deo volente nimis vellem,) vnà nobiſcum cohabitaueris; tollunt illi, quæ ſua ſunt; ego cũ charis filiis expellor totus; tu de incerta re plus incertus eris. Quin imò accipe Pa-*

tris

tris conſilium, & vnde digreſſus es, repete vrbem Romam; quò cum angelo bono te ducente perueneris, dominum Abbatem Leonem nobis amiciſſimum ex noſtra omniumque perſona ſalutes, atq; epiſtolam noſtram feras in hæc verba: aut te apud ſe, (quod plus volo) retineat; aut ſi ei difficile apparet, ad Abbatem ſancti Sabæ mea vice commendet. Hac ſpe confirmatus regreditur ad ſacratam arcem, vrbium dominam, & caput mundi Romam.

XV. Inde cui monaſterio Abbas Leo præfuiſſet, diligenter inquirens, ad ſanctorum limina Bonifacii & Alexii, monſtrante populo, perductus eſt. Poſtquam ingreſſus eſt, & cum Abbate copia datur fandi, obtulit ſalutationem & literas, quas miſerat Abbas Nilus: quibus perlectis, vt ex longo vſu ſpiritum probare doctus erat, priuſquam recepiſſet illum, arguta arte cuncta explorat. Primum incepit indignationem ſimulare, quis qua mente præditus eſſet, auerſo vultu indagare, aſpera & dura illi prædicens, cunctaque arcana mentis eius ſagaci ingenio perquirens. Iuſtum verò ac tenacem propoſiti virum, nec dura hominis reſponſio frangere valuit, nec venientium tentationum minæ à ſemel arrepta voluntate reuocare potuerunt. Abbas verò Leo vbi non ſolùm auertere à ſuo propoſito, ſed etiam dura prædicando plus accendere poterat, acceptu rum ſe fore illum pollicetur. Statuit autem Dominum Apoſtolicum cum humiliato Antiſtite prius conuenire; vt quidquid agendum foret, tanti patris ſententia, ſuorumq; Cardinalium conſilia deliberarent. Poſt hæc rite peractis omnibus, qua die Dominus diſcipulorum ſuorum pedes lauit, ac linteo extersit, monachalem habitum ſanctus ille Epiſcopus accepit Sabbato Sancto, quando baptizati catechumeni crinalibus vinclis ſoluuntur, ſoluta eſt & ipſi capite pendens cuculla. Hinc ſecundum regulæ morem fratrum numero addictus, quærendum anguſto calle cœpit ardentius cupere Chriſtum.

Duo autem ex fratribus, qui cum eo erant, iam dudū videntes, quia ſe monachum facere vellet, non bene relicto clypeo fugam dederunt. Solus verò Gaudentius, exemplo conſtantis viri, remanens cum beato viro, Monachicam atque probabilem conuerſationem conſecutus eſt: qui etiam ſibi carne & ſpiritu duplex germanus, & ab infantia ſemper fidiſſimus comes adhæſit.

XVI. Ipſe verò omni obedientia ac humilitate ambulans inter fratres, contra bella tentationum, vitiorum intrepidus tyro accingitur: in cogitationibus ſuis ad humilem confeſſionem ſemper confugiens, quaſſatæ mentis arcana ſpiritalibus viris pandere non ceſſauit. Ceſſante verò tentationum imbre, in nouam meſſem virtutum refloruit; ac poſt victoriam ſolito clarior eluxit. Proceſſit ergò vt lux ſplendens, & creuit vſque ad perfectum diem. *Prou. 4.* Obedientia, qua donauit eum ſuus Abbas, huiuſcemodi erat, vt coquinæ fratrum aquæ miniſtratorios vſus humero apportaret; manibus quoque eorum lauandis ſimile obſequium ageret, ſic ſe cunctis fratribus ſeruire lætatur.

Nec moratur interea æmulus hoſtis, nunc aperto bello, nunc latentibus inſidiis hominem Dei impugnaturus. & cum teſtacea vaſa, nunc aqua, aliquando vino plena portaret, prædictus hoſtis callido aſtu lapſus parat, ac vt confracta in partes ſpargerētur efficiens, ſacri viri faciem ingenti rubore perfudit. Hæc dum multoties fierent, & ipſe tot vicibus veniam proſtrato corpore peteret, tandem vltor eius confuſionis reſpexit ad hæc negotia Deus. Nam vna dierum cum fratrū menſæ apportaturus foret merum, offenſo pede corruit ipſe ſuper vias, & vas ingenti cecidit ſuper marmora lapſu. audit à longe pater monaſterii, cunctique fratres per ordinem, *quomodo labitur ille heros*; neſcientes quia hunc caſum proſperrima aduerſitas comitaretur: ita enim vas ſanū & vini portio non minuta reperitur, ac ſi nulla facta foret ruina.

XVII. Item nobilis quædam fœmina monaſteriū hoc cauſa orationis ingreditur, & cum charitatem ibi facere iuſſa foret, iam ſeptem annis panem ſe non guſtaſſe profitetur. ille verò hunc abſtinentię morem pro infirmitate ei adhæſiſſe recognoſcens, allato pane ſalutiferæ Crucis ſignaculum impreſſit, ac deinde prandenti matronę apponens, *In nomine Domini mei Ieſu Chriſti, filia,* inquit, *manduca panem: non licet tibi ſanctam charitatem violare, pro eius enim amore hoc parum prandii accipere iuſſa es.* Ad hanc vocem credula mulier, panis munera deguſtans, cum gratiarum actione regreditur in domum ſuam. Ex hinc ergò communi cibo vſa eſt: rem nouam ſibi contigiſſe ciuibus narrat, ac glorificat vox omnium Dominum Deum.

Nec prætereundum eſt, qualiter cuiuſdam Ioannis filiam, qui nunc vrbis Præfectus eſſe dignoſcitur, atrociſſimus febrium dolor vexare cœpit: quam cum homo Dei ſacratiſſima ſua manu tangeret, omnis languor corporis eius imperio abſceſſit.

XVIII. Archiepiſcopus verò Magontinus beati præſulis gregem ſine paſtore ire conſpiciens, miſit legatos cum literis, per quos Dominum Apoſtolicum de ſancti viri reditu interpellat. Synodus An. DCCCCLXXXIX. Facta eſt Romæ ſynodus pro hac cauſa, & oritur vtrinque litigium grande, ex vna parte eorum qui monachum perdere timuerunt; ex alia eorum, qui paſtorem ſuum cum auctoritate quæſierunt. Cumque inuicem pugnantibus ſententiis vtraque pars diu decertarent; tandem dubiam, nunciorum Primas vix promeruit victoriam. Hic ipſe Primas frater erat Ducis, cuius terræ, qui exigebatur Epiſcopus, præfuit. Tum Apoſtolicus non tàm voluntate, quàm iure Dei permotus talia reſpondit: *Reddimus, quod iuſte quærũt; quamuis de bono patre tam degeneraſſent filii, & dabimus eum hac lege, ſi audierint eum, teneant cum Dei benedictione, faciantque ſub ipſo fructum centuplum. Si autem à conſueta iniquitate ſua recedere nolunt, hic noſter abſq; periculo ſui capitis malorum conſortia declinet.*

Hæc vbi dicta dedit, finita eſt ſynodus, & ſoluto cœtu redierunt quiſque in domum ſuã. Abſcedunt legati, monachis triſtibus, & læto animo ac magna exultatione. Cumque emenſo itinere Pragam venirẽt, eunt ei obuiam omnis ætas & ſexus, & quaſi cum ingenti gaudio acceperunt eum; dant manus, ac promittunt omnia, velut qui de ſua reuerſione oppido gauderent; & ſecundum eius præcepta priorem vitam pleniſſime emendare vellent. Sed paulo poſt cœpit eos ignauia, mollicies: & neglectis prædicationib. itur in omne nefas. Veterum quippe vitiorũ recordationibus præuenti, in carnalem patrem relabuntur, & pereunt labor paſtoralis, & diligens cura boni patris.

XIX. Inter hæc luctuoſum & miſerabile crimen exoritur. Mulier cuiuſdam nobilis cum clerico adulteraſſe publice arguitur. Quam cum more barbarico parentes dedecorati cõiugis decapitare quærerent, fugit illa per celeres auras, donec voce & curſu vſque ad optatum peruenerat Epiſcopum. Volens autem de illorum manibus mulierem liberare, clauſit eam in monaſterio ſanctimonialium, quod ſub vocabulo & veneratione ſancti Georgii cõſecratum, firmiſſimis mœnibus vallatur; claustri verò Eccleſiæ cuſtodi fideliter commendat: credens, vt fœmina inter fœminas ſolatia doloris, & ſub altaris defenſione vitæ ſecuritatem haberet. Crimen quoq; in ſe referre voluit, vt ſe ſceleris auctore magnum aliquid fieret, ſcilicet, vt pro pœnitentiæ fructibus, aut illam vitæ ſeruaret, aut ambo ſimul iuſſi morerentur. Qua voluntate, quia martyrii coronam expoſcens erat, adimpleret vtique quod voluit, niſi eum prudenter Dominus Willico prohiberet.

Impia manus interea abſconſæ mulieri ferrum necemque parans, armato milite Epiſcopale forum irruperunt. Quærunt & contumacibus Epiſcopum dictis, qui contra fas & legalia iura adulteram defendere vellet. Quod ille diuinæ contemplationis otio vacans, vbi aure percepit, cùm velut diuiſæ noctis hora eſſet, dicto verſu fregit ſilentia, & in quo clauſus erat, exiuit de templo. Deinde qui ſecum erant fratribus, pacis oſcula libans, *Bene valete*, inquit, *& pro me miſero ferte pia vota Chriſto.* Inde totus ardore martyrii flagrans, non tardiore deſiderio & curſu, quam qui fugit hoſtem, ſponte venit in hoſtem, ac medium agmen intrepido greſſu incedens, *Si me quæritis*, inquit, *præſto ſum.* Vnus autem ex illis, cui cum bonis ſemper læua voluntas erat, omnium ore talia reſpondit: *Caſſa ſpes martyrii te tenet, & nobilis gloria lethi. Erras pro certo hac ſanctitas, qua noſtrum vult fieri peccatum; non implebitur tua voluntas, ſed agitur aliquid, quod plus dolet. Quia niſi hæc meretrix nobis citius reddatur, habemus fratres tuos, in quorum vxoribus, prole & prædiis hoc malum vlciſcamur.*

Hæc dum furens Slauus contra Epiſcopum delatrauit; ecce corruptus auro proditor adeſt, qui excerpens eos clam de agmine vocat, ſeque itineris ducem præbens, domum in qua clauſa erat, domusque cuſtodem manifeſtat. Cuſtos verò tentus ab illis, nunc minis, amicis nũc affatibus, vt illam in manus eorum redderet, diu probatur. Ad vltimum mortis timore perterritus, non ſic ſibi creditam cruentis hoſtibus prodidit fœminam. Rapitur illa infelix, fruſtra preſſis altaribus, & ſub manu coniugis capitalem iuſſa eſt ſubire ſententiam. Quod cum ille velut vir iuſtus facere nollet, ſub gladio vilis vernulæ truncata pœnas male vſi corporis capite exſoluit.

XX. His atque horum maioribus popularis nequitiæ ſtudiis cum ſermo docentis Epiſcopi contraire nequiret, flet bonus paſtor; quia in morbido grege ſigna ſalutis nulla ineſſe conſpexit. Hinc pro ſpectandis ſequentibus malis oculos claudere volens, dulcis Romæ mœnia reuiſit, & naue monaſterii mutat paſtoralia frena. Congaudent illo redeunte monaſticæ plebis ſacra collegia, ac ſanctitatis ſuæ amore pariter & vtilitate perfruuntur. Dilexerunt eum omnes, ſed præ omnibus Abbas ſuus: qui & poſt ſe totis cohortibus fratrum præfecerat illum. Ille autem omni vilitate & extremitate con-

tentus,

tentus, quanto magnus erat, tanto se cunctis inferiorem præbuit; quanto spiritalibus diuitiis diues, tanto in oculis hominum paruus, pauper, & despectus esse cupiuerat. Dicunt autem Abba & fratres eius de eo, quia in omni virtute ad vnguem perfectus est, & extra Martyrium verè sanctus erat. sic de die in diem semper nouus & seipso robustior succrescens, ad diuinæ contemplationis fastigia velut castissima turtur euolauerat.

Volens autem Dominus ostendere seruo, cuius meriti viueret in conspectu suo, monstrat ei per visum duos ordines in cœlo, vnum purpureo, alterum niueo amictu: quibus sub diuersa specie singulare meritum, & propria merces; ambobus tamen esca & potus erat laus perpetua Creatoris. Et facta est vox ad eum dicens: *Inter vtrosque est tibi locus, conuiuatio mensæ, & aptissimus honor.* Cuius rei visionem Abbati suo cum exponeret, non hoc de se, sed velut sanctissimus Paulus reuelationis suæ mysteria de alio homine narrat. *Scio*, inquit, *huiusmodi hominem, cui Dominus per visum talia ostendit, & hæc ipsa donaturum se promittit.* 1. Cor. 12.

Hoc ipso tempore iter agit Romam Rex Francorum Otto tertius, pulchri Cæsaris pulcherrima proles. Decursis quippe puerilibus annis, cum iam velut lanugine barbæ floreret, tempus & virtus maior annis Imperatoriam sibi exposceret dignitatem. XXI.

Roma autem cum caput mundi & vrbium domina sit, & vocetur, sola reges imperare faceret, eumque Principis sanctorum corpus suo sinu refoueat, merito principem terrarum ipsa constituere debet.

Summus ipsis diebus Pontifex acerrima febre correptus, corpus terræ, animam cœlo, vtraque in sua dimisit exordia. Rex autem Otto alpium niues multo milite transmeans, iuxta sacram vrbem Rauennam regalia castra metatus est. Ibi in eius occursum veniunt epistolæ cum nunciis, quas mittunt Romam Proceres, & senatorius ordo; primo illius aduentum, velut toto tempore paternæ mortis non visum, totis visceribus desiderare, ac debita fidelitate pollicitantur expectare. Deinde in morte Domini Apostolici tam sibi, quam illis non minimam inuectam esse partem incommodorum annunciant, & quem pro eo ponerent, regalem exquirunt sententiam. Erat autem in Capella Regis quidam Clericus Bruno, secularibus literis egregie eruditus, & ipse regio sanguine genus ferens, magnæ indolis; sed (quod minus bonum) multum feruidæ iuuentutis. Hunc quia Regi placuit, à maioribus electum, Magontinus Archipræsul Willigisus, & suus collega Vdelbaldus Episcopus, adduxerunt Romam. Proinde a Romanis honorifice acceptum ad hoc ordinati Episcopi Apostolico honore promulgarunt. Superueniens etiam Rex Romano more egregiè accipitur. Deinde magno gaudio omnium Imperatorium attigit apicem. Lætantur cum primatibus minores ciuitatis, cum afflicto paupere exultant agmina viduarum, quia nouus Imperator dat iura populis, dat iura nouus Papa. BRVNO PP. vide Ditmar. lib. 4.

His temporibus Christianissimus ille Cæsar, cui circa seruos Dei maximum studium semper & diligens cura fuit, crebro alloquitur sanctum Adalbertum, & habebat eum sibi familiarem, audiens libenter quæcunque sibi diceret. Archiepiscopus vero Willigisus veterem querimoniam canens interpellat, congeminat vota cum votis, & vt reportaret illum omnibus modis instat. In Apostolica quoque synodo canonum testimonia reuoluens, coram omnibus se iuste petere clamat, peccatum esse singulis Ecclesiis maritatis solam Pragam viduari, iuste poscentibus beneuolam aurem, viduæ Ecclesiæ maritum suum præbere libera mente postulans erat. Rursum ex itinere, quo versus est ad patriam, continuis literis hoc idem reiterare non cessat, nec dimisit prius, donec pollicitus est Dominus Apostolicus facturum se esse quæ vellet. Tristatus est autem homo Dei, quia linquere cogitur monasterium, præscierat enim, quia populum, cui pastoralem curam debuit, a via sua mala nemo flectere quisset. Sed tristem eius animum hoc valde solatur; quia si in commissis sibi animabus dignos fructus agere nequisset, extrancis & non baptizatis prædicator missus fuerat. XXII.

Ergo multis lachrymis dulce monasterium linquens, cum summæ discretionis viro Notherio Episcopo vltra alpes proficiscitur. Cumque velut duorum prope mensium iter ageretur, venerunt Magontiam. Vbi regressus ab Italicis oris Imperator commoratus est, cum quo vir Dei mansit bonum tempus, quia familiarissimus sibi erat, & nocte pariter ac die, velut sanctissimus cubicularius, imperiali cameræ adhæsit. Hoc autem non sic, velut seculi aliquo amore captus; sed quia dilexit ipsum, & dulcibus dictis ad amorem cœlestis patriæ accendere voluit. Nam die siue nocte, cum turba locum dedit, sanctis alloquiis aggreditur illum, docens, *ne magnum putaret, se im-* XXIII.

peratorem esse; cogitares se hominem moriturum, cinerem, ex pulcherrimo putredinem, & vermium escam esse futurum: Viduis exhibere se maritum, pauperibus & pupillis monstrare se patrem; timere Deum, vt iustum ac districtum Iudicem: amare, vt pium veniæ largitorem, ac misericordiæ fontem: sollicite pensare, quam angusta via, quæ ducit ad vitam, & quam perpauci, qui intrant per eam: bene agentibus esset vt per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus. Ad hunc modum plura subnectens, monet charum filium præsentis vitæ bona despicere, æternitatis electionem desiderare, mansura quærere, in temporalibus rebus & transitoriis fiduciam non habere. Cunctis qui in regia domo erant, velut seruus omnium, sic eorum vilissima quæque manibus tractat; & omni humilitate eorum seruitia facit. Noctibus quoque cum carpserant somnum, calceamenta eorum componere cura fuit, a ianitore vsque ad principem regiæ domus omnium caligas aqua lauit, & purgatis sordibus eas suo loco restituit. Ad hunc modum plurima seruitia egit in Camera; quanto quæque vilissima erant, tanto libentius ea pro humilitate ministrat. Sed seruiminis auctor diu incognitus latuit, donec quidam Woltharius regius imperialis minister, & sibi dilectus cubicularius sanctum prodidit furem.

XXIV. Vidit quoque ibi somnium nocte vna, quod huiusmodi erat. Putabat se fratris sui curtem adire, & media curte stare domum, cuius structura aspectu erat delectabilis, parietes & tecta niuei candoris; intus duo lecti, vnus sibi, alter fratri suo deputatus. Erat vtique scilicet, vt decuit, multum honoris gerens, sed lectus suus omnem gloriam alterius longe præcellens, totus purpureo splendore, & sericis ornamentis amictus; ad caput vero aurei staminis linteo pulcherrime redimitus; sursum verò in capite erat aureis literis scriptum: Munus hoc * auctentum filia sponsatur. Cuius visionis ordinem cum aliquibus narrando exponeret; *Vide*, inquiunt illi, *quia Christo secundante, Martyr eris futurus. Regis filia, quæ dat tibi regia dona, hæc est domina cœli sacratissima virgo Maria.* Hoc audiens ille factus est lætissimo animo, & ingressus cubiculum cordis, egit gratias sanctorum sancto, Angelorum Domino & omnipotenti Christo. Hinc matrem gratiarum, quæ regis solio proxima sedet, prona ceruice & gauisæ mentis iubilo adorat; *Gratias tibi*, inquiens, *virgo maris stella, quæ me vt pia Domina humillimum seruum tuum respicere dignata es.*

Auctor alius apud Sur. hanc inscriptionem ita habet: Munus hoc donat tibi filia regis.

XXV. Hac ipsa tempestate adiit Turoniam, quærens auxilio sanctum senem Martinum. Nec præteriit Floriacum, quæ beatissimum corpus confessoris nostri & patris Benedicti suo grege collocare meruit. Vbi etiam quis ille sit, cæcorum visus, claudorum gressus, & cœlestium miraculorum multa millia protestantur. Horum duorum charissimorum patrum sacris confabulationibus pastus, læto animo regreditur ad imperiale domicilium. Inde quid sibi mente foret, quæ volente Deo agere vellet, sub lucem proferens, cœpit cum dilecto Cæsare familiarem & extremum sermonem habere. Finita locutione pacis oscula inuicem libant, & amplius nunquam sociandos non absq; dolore separant amplexus. Vir ergo sanctus eius charam vitam charissimo Iesu multum commendans, secundum placitum Archipræsulis sui ad Apostatricem gentem pergere cœpit. Sapuit ipse, quia consilio suo non obaudirent; sed ne inobediens esset, iussum iter adimplere maluit. Hoc etiam eius animo magnam spem tribuit, quia si non in filiis, in alienis, & in barbarismo animarum lucra congregare potuit. Erant enim multæ nationes per circuitum, per quas aut sibi martyrium aureis baptismi gratia conferri potuit.

XXVI. Gens autem hæc sceleratissima ad quam redire compulsus est, in odium sui nominis grande nefas commiserunt. Nam parentes suos nobiles & præclaros viros misero vulnere prosternunt, fratres fratrumque filios, masculum vna cum fœmina, omnes morte sæuissima damnarunt, ciuitates quoq; eorum igne ac ferro deuastantes, omnia eorum bona in captiuitatem redegerunt. Vnus autem ex suis fratribus, dum hæc mala domi geruntur, cum Bolezlao Bolaniorum duce in expeditione Imperatoris erat, Dux vero ille pro amore sancti fratris magnis promissis & amicis opibus eum solatur. Ergo pro his sceleribus aditum sibi clausum iter putans, ille sanctissimus heros noluit frustrari aduentum suum; sed declinauit ad præfatum Ducem, quia sibi amicissimus erat, & si recipere vellent, per eius missos explorare potuit. Quo facto, e contra illi magna indignatione remittunt ei iræ & furoris plena verba dicentes: *Sumus peccatores, populus iniquitatis, gens duræ ceruicis; tu sanctus amicus* DEI, *verus Israhelita: & tibi omnia cum domino. talem ac tantum non portant cohabitationes & consortia iniquorum.* Et tamen

Ad pag. 17. supra.

vnde

vn[illegible] h[illegible] genus, v[illegible]s, totiens a[illegible] vi[illegible] s[illegible] d[illegible] uersarum m[illegible]m re[illegible]us [illegible] *a nostimus,* [illegible] *quid* [illegible] *o repletatis men*[illegible] *tin*[illegible] *tas* [illegible] *e quia veniet, non* [illegible] *se propinten lis m*[illegible] *&* [illegible] *qua de pra*[illegible] *m*[illegible] *l qui re plas* [illegible] *non est* [illegible] *q advnū.*

[illegible] rc & his fi[illegible] aa[illegible] pu[illegible] r[illegible] ex[illegible] e[illegible], vt p[illegible] [illegible]- XXVII.
lit[illegible] ma[illegible] a[illegible] *rupi*[illegible] *ds* [illegible] *s, simmel bo*[illegible] *m* *&*[illegible] *m*[illegible] *cura* [illegible] *ne &* [illegible] *ho me*[illegible] *o liber*[illegible] *e.* [illegible] *e, o bo*[illegible] *otum e*[illegible] *tuum, tibi dom*[illegible] *tor* [illegible] *ate ne* [illegible] *nor &* [illegible] *ria.* [illegible] *eo quitent*[illegible] *qui* [illegible] *in de* [illegible] *eris* [illegible] *rant.* [illegible] dirā b[illegible]-[illegible] n[illegible] q; [illegible] ol[illegible] tras [illegible] a[illegible] u[illegible] n prę d[illegible] a[illegible] ns, &. p[illegible] q[illegible] ri[illegible], [illegible] is [illegible] st d[illegible] e oporteret, a[illegible] o d[illegible], [illegible] p[illegible] erorum[illegible] h[illegible] minum [illegible] P[illegible] h[illegible] a[illegible], q[illegible] Deus venter est, & auaritia [illegible] a cun[illegible] t.

T[illegible] n[illegible] em alter[illegible] p[illegible] tior sententia successit anim[illegible] vt quia hæc[illegible] proxima & n[illegible] at Duci præd[illegible], Pru[illegible] Deos & id[illegible] a[illegible] e[illegible] be[illegible] iturus.

[illegible] o c[illegible] ta vo[illegible] tate e[illegible], d[illegible] t ei naui & [illegible] c[illegible] pr[illegible] r d[illegible] no [illegible] [illegible] e vero pri[illegible] diit vrbem [illegible] [illegible] na d[illegible]- c[illegible] nt. Ibi d[illegible] una miseric[illegible] r[illegible] a [illegible], b[illegible] p[illegible] antur [illegible] om[illegible] m[illegible] ultæ cateruæ, ibi Missarum [illegible] nini [illegible] nolit Christum, qui non post [illegible] oltos ill[illegible] dies seipsum pro hostia [illegible] a[illegible] ru[illegible] idquid ve[illegible] erfu[illegible] eo, quod [illegible] se & noui baptizati cōmunicarunt, c[illegible] re[illegible], & m[illegible] n-d[illegible] pan[illegible] o inuol[illegible] i seru[illegible] pro viatico depor[illegible] a[illegible].

[illegible] autem die [illegible] tatis omnibus, imponitur c[illegible] ring & p[illegible] lag[illegible] ur ab e[illegible] rū oculis nu[illegible] quam poste[illegible] dendus. Hinc nauticum iter velocissimo cu[illegible] u per[illegible] gens, post paucos dies marinum l[illegible] us egreditur, & reuersa est nauis cum arma[illegible] o custode. Ipse autem pro præstitis beneficii[illegible] gratiam [illegible] c[illegible] toribus & vecto[illegible] domin[illegible], euansit i-l[illegible] c[illegible] gemini fra[illegible], q[illegible] rum al[illegible] presbyter Be[illegible] dictus, alte[illegible] & a puero f[illegible] s frater Gau[illegible] ent[illegible] us erat.

Tunc magna fi[illegible] ucia Christum prædicantes intrant paruam Insulam, [illegible] uæ curuo a- XXIIX.
mne circumuecta [illegible] rmam circuli adeuntibus monstrat. V[illegible] ientes vero [illegible] ei possessores [illegible] m pugnis expul[illegible] unt eos, & qu[illegible] am [illegible] ep[illegible] uic[illegible] a[illegible] t Epi[illegible] opo pro-p[illegible] s, [illegible] v[illegible] forte Ps[illegible] os in libro dec[illegible] e[illegible] t, i[illegible] ca[illegible] d[illegible]. [illegible] c[illegible] ss[illegible] b. vol[illegible] d[illegible] uersa codex, & [illegible] o[illegible] e & me[illegible] iace[illegible] mo pro str[illegible] s sed externus. [illegible] to corpore, [illegible] amē[illegible] er[illegible] ri[illegible] s per vocis organum mox patefe[illegible]. *[illegible]ratias tibi,* in[illegible] u[illegible] *Domine, q*[illegible] *amplius non erit* [illegible] *altem vel vnum* *s*[illegible] *m*[illegible] *ro*[illegible] *ko m*[illegible] *a* [illegible] *re meru*[illegible].

[illegible] eo ve[illegible] partem fl[illegible] vespere a[illegible] em facto do-m[illegible] on[illegible] o Adalbe[illegible] xi[illegible] v[illegible] C[illegible] r[illegible] se vndiq; in-er[illegible] & quid de[illegible] ot[illegible] re act[illegible] a vo[illegible] e & [illegible] nino[illegible] u[illegible] c[illegible] spectant. Tunc fa[illegible] rtus, [illegible] uis & vn[illegible] e c[illegible] am [illegible] nta[illegible] uc[illegible] et, in errogatus, tal[illegible] v[illegible] e re[illegible] u[illegible] *m*[illegible], *pra*[illegible] *one Mo-na*[illegible] *ndis* [illegible] *est* [illegible] *ra sa-lu*[illegible] *r* [illegible] *mu* [illegible] *am* [illegible] *ra quem* *ali*[illegible] *ent* [illegible] *us cœlestium* *g*[illegible] *creamini* [illegible] t.

[illegible] in[illegible] tes[illegible] a adu[illegible] s eum pr[illegible], f[illegible] escapit[illegible] sire [illegible] *m* [illegible] q[illegible], *quod huc* [illegible] *ne en* [illegible] *e* [illegible] *ia mora* [illegible] *amna creabūt.* *N*[illegible] *o, cu*[illegible] *or* [illegible] *uendi; vos vero*[illegible] *da* [illegible] *mini* [illegible] a nocte nau[illegible].

H[illegible] n[illegible] aster[illegible] v[illegible] fi[illegible] eu- XXIX.
dā[illegible] C[illegible] p[illegible] pe[illegible] vi[illegible] mmo cœl[illegible] lut vo[illegible] a[illegible] t[illegible] e a[illegible] am duo linteau[illegible] ina, a[illegible] sicut nix, & muda al[illegible]-que[illegible] ma[illegible] da [illegible] o[illegible] onera, singulos qui[illegible] em viros de[illegible] er[illegible] leuant, ambo [illegible] & aurea sidera transinant, v[illegible] us nomen, extra ipsum, qui hæc vid[illegible] od[illegible] i sciut; alter vero erat (vt adhuc hodie meminit) domnus Adalbe[illegible] a[illegible] minister iam cœlestis mensæ conuiuia præparauit. At Pater Nilus

quoniam Salomone teſtante, *ira in ſinu ſtulti quieſcit*, abſit hoc à Reuerendiſſimo Duce, vt per iram & indignationem ſuas virtutes eximias commaculet aut per patientiam probabiles ſuos contaminet actus. Quos reuera ſi quis ob laudem ſui ſingulatim exprimere ſatageret, prius diurna lux & pagina deficeret, quam incœptū opus perficeret. Veruntamen nos vnum & præcipuum eius memoriale veſtræ Caritati pandimus, in quo nimirū omnib. pene præferendus eſt actu, quod tantæ poteſtatis Dux nunquam *mentis prædone proluit ſua labra medone**. Certe non modica eſt virtus cuipiam potenti viro os ſuum refrenare, & naturalis potus non amurcam, ſed eius illecebras ſpernere.

id eſt mulſo, hydromela

Eodem anno VI. Cal. Iunii quarta exiſtente feria in hebdomada ſacroſancta Penteceoſtes, magna nix in quibuſdam ſylueſtribus locis deſcendit, & ſequentibus diebus grande frigus inhorruit, atque omnigenis & maxime in autumno ſeminatis frugibus, ſimul & vineis, nec non arboribus multum nocuit, ita vt in multis locis arbuſta radicitus exaruiſſent, & minores gelu rigeſcerent amnes.

Eiuſdem hebdomadæ in Sabbatho III Calendas Iunii, Imperator Heinricus quartus obiit, ibiq; eiuſdem Imperialis genealogia deſiit, partim ſterilitate fœminei ſexus, partim ab incunte ætate omni virili ſtirpe regali fato concluſa exitiali. Interea per Dei gratiam inclyto Duce Sobeslao in toto ſuo compoſita pace regno, heroicis ceſſamus à Chronicis.

FINIS CHRONICÆ BOHEmorum Coſmæ Pragenſis.



S. ADAL-

S. ADALBERTI

PRAGENSIS EPISCOPI, BOHEMORVM, POLONORVM PRVSSORVMQVE APOSTOLI,

Vita & Martyrium.

Ab auctore coæquæuo, eodem nimirum


COSMA PRAGENSI DECANO

deſcripta.

Cuius ipſe ita meminit ſupra lib. 1. Hiſtor. Bohem. fol. 17.

Quo facto quid ſibi ſuus grex reſponderit, aut quam ob cauſam eum non receperit, vel ad quas gentes inde tranſierit, quanta etiam frugalitatis omnibus diebus ſui epiſcopii fuerit, quanta morum honeſtate enituerit, ſcire poterit qui vitam eius ſeu paſſionem legerit. Nam mihi iam dicta bis dicere non placet iſta. Et fol. 27. teſtatur, de vita quoque & paſſione quinque fratrum S. Adalberti referre, ſe in animo habere. quod an præſtiterit, in incerto eſt.

VITA VEL PASSIO SANCTI ADALBERTI EPISCOPI ET MARTYRIS CHRISTI.

I. 

ST locus in partibus Germaniæ, diues opibus, præpotens armis, ferocibusque viris, quem incolæ Boemiam cognominc dicunt. Huius maxima pars infidelitatis errore præuenta creaturam pro creatore, lignũ vel lapidem pro Deo colunt: plerique verò nomine tenus Christiani, ritu gentilium viuunt, quibus causa periculi, fit res salutis. Nonnulli tamen ex eadem gente & benè credunt, & pro spe futuræ mercedis bona opera agunt.

Dubraui. lib. 6. Igitur in illis finibus, vbi Christianitatis religio pulcherrima floruit, erat vir Zlaunicus nomine, potens in honore & diuitiis, amore iustitiæ, ac operibus misericordiæ perrarus ciuis, vir magnus inter eius terræ habitatores, auro & argento locupletissimus, inter delicias fidus custos diuinæ legis, ambulans solicitè iuxta præcepta Sacerdotum, charus toto populo, sed propriè amicus pauperum. Hic accepit * vxorem dignam generis sui, & ipsam honestis moribus plenam, quæ audiendo verba vitæ plus sitiuit, eademque operando famem nõ expleuit: nec delectabatur matronarum pompis, nec auro lapidibusque preciosis, pro minimo ducens quę stulti maxima putant. Sancta erat moribus, sancta sermonibus, fortis, (vt dicunt) in ieiunio, familiaris Deo in oratione, mater lugenti pupillo, peregrino & viduæ gratissima soror. Pro his ergo & his similibus, quas ambo egerãt virtutibus, honorauerũt eos nobiles, & diuites, & coluerunt, maximè pauperum turba.

*Strosislaua.

II. Itaque cum de tam prænobili coniugio sancta proles meritò foret nascitura, Inter magnanimos iuuenes, quos procreauerant, natus est illis puer speciosior cunctis, cui pòst in sacri Baptismatis lauachro datum est nomen Woytech. Iste quantus esset futurus cum ignoratum fuerit, parentes pepercerunt formæ eius, & præ nimia pulchritudine, quam habuit, destinauerunt eum sæculo. Quidquid autem pius error, vel mala venia parentum in hoc deliquit, mox culpæ proditor cœlestis iræ gladius correxit. Cerneres namque infantuli corpusculum subita magnitudine excreuisse, & præ nimia inflatione ventrem toto corpore maiorem. Sic in horas dolore maiore addito, periculum mortis imminere cœpit. Turbantur parentes, decurrunt vbertim lachrymæ patris, & curuis vnguibus lacerat ora pallida nutrix, stant mœsti fratres, sæuit dolor inter viscera matris. nec vox, nec animus, nec color certa sede manent. Tandem sub ipsa morte confugiunt ad pium & misericordem Dominum, & quæ pro hominum necessitate plus omnibus Sanctis succurrere solet, Matrem Domini appellant. Inde veniunt ad templum cum magna humilitate ac deiectione cordis, ponentesque puerum supra altare Sanctæ Mariæ, votum placabile vouerunt eum Domino. His ita factis auersa est indignatio Dei, & extenuato ventre, puer pristinæ redditur pulchritudini. Parentes verò qui causa huius mali erant, pœnitentia ducti, glorificauerunt Dominum, qui pro melioratione hominum iræ suæ flagella disponere nouit.

III. Puer autem proficiens ætate & sapientia, vbi tempus erat, Christianis imbuitur literis; nec egressus est domum patris, donec memoriter didicit Psalterium. Proinde pro discendis liberalibus studiis misit eum pater ad Archiepiscopum Adalbertum, qui ab eo, quod verbis docuit, moribus & vita nusquam recessit. Præerat autem idem sacræ vrbi, quæ Latinè Virginum Ciuitas, Græcè Parthenopolis vocatur, vrbs quondam nota populis, & vna ex magnis vrbibus, dum primus Otto sceptra regalia rexit, nunc autem pro peccatis semiruta domus, & malefida statio nautis. Ipso tempore erat Magister scholarum Ohtricus quidam Philosophus, sub quo turba iuuenum & liberorum copia multa nimis crescente studio floruerunt. Ergo Archiepiscopus ille puerum cum magna charitate suscipiens, dat sibi confirmationem sacrosancti Chri-

Magdeburg.

ſmatis,& ſuo nomine Adalbertum appellans,tradidit ſcholis. Aderat ſibi diſcenti Spiritus ſemper indiuiduus comes,& currunt diuite vena ingenium,ratio,& ſenſus. Toto autem tempore ſcholaris ſtudii non æmulatus fuerat facientes iniquitatem, non ſterit in conſilio eorum,quibus erãt inutiles actus,& puerilia negotia: ſed mox vbi longius aliquo poſitus Magiſter ei locum præbuit, occultis itineribus ad ſanctorum Martyrum domicilia confugit, vbi ſecundum menſuram temporis orationum vota perſoluens, rurſum ante occurſum magiſtri loco ſuo reſedit. Noctibus quoque, vt opus ſuum bonum ab humanis laudibus occultaret,circuit pauperes,debiles,& cæcos, quibus ſecundum modum miſeriarum amica ſolamina præſtat. Verum ne à bonæ operationis ſtudio ceſſaret,pater & eius optima mater omnia ſufficienter dederunt; quin & magiſtro ſuo aurum & argentum, & quæcunque oculis hominum digniſſima erant, offerentes, chari filii doctrinam magno pretio emerunt. Ille vero indefeſſo curſu ad omne virtutum exercitium,ſemetipſum ſemper extendens,inter ſuos collegas pulcherrimus proceſſit. Receſſu magiſtri,quando cæteri inanibus ludis & ioco laborem legendi minuerunt,ille Dauidici nectaris mella deguſtans, ſpirituali riſu ſe ſolatur. quando illi prandentes in angulis ſcholæ, dulcia obſonia magiſtro furantur, ille furtiuas orationes dominæ ſuæ mittens, Angelicam dapem ſibi mercatur.

IIII. Videamus nunc inter alias virtutes, quas habuit, ſanctæ ſimplicitatis quàm ditiſſimus erat. Quadam die dum iret de ſcholis, vnus qui erat ſocius itineris, prætereuntem puellam humo proſtrauit,de cauſa ludi eum deſuper proiecit: concurrunt ſcholares,& quidnam foret acturus,cum ingenti cachinno expectant. Ille autem quia veſtiram virginem tetigit, (ô bona ſtultitia!) iam ſe nupſiſſe veriſſimè credidit, inde erigens ſe,dein viſa virgine,dedit ſe benè ſimplex puer in amariſſimas lamentationes,atq; continuo imbre oculos humectans, *Heu me,nupſeram* inquit, & criminis machinatorem digito monſtrans, *Hic me nubere fecit.*

Hæc & ſimilia his Deo plenus infantulus iam tunc agendo, multorum oculos in ſe defixit, mirantium eius acta ac dicentium; *Benedicens benedixit hunc puerum Deus, qui infra limina pueritiæ adhuc poſitus,ad optima quæque ſic arduus ſurgit. O ter quaterque beatus, ſi hac humanitatis ſtudia tota deuotione adimpleuerit, & arrepti operis curſum congruo exitu terminauerit.* Quibus verò cognitus erat pater & eius mirifica mater, *Non eſt mirum*, aiunt, *ſi tantus eſt de tantis parentibus ortus. patris iuſtitia flores in eo,& maternæ pietatis imago in purpureo pectore vernat?* Quot annis ſtuduit,incertum eſt:ſed quia ſecularis Philoſophiæ ſcientiſſimus erat,nouimus omnes. quem Dominus, (credo) ad hoc humanæ Philoſophiæ ſtudere voluit, vt poſt diuinæ ſapientiæ montes faciliore greſſu ſcandere poſſet: aut potius ſeculi amara paruulus potare debuit,vt poſt vir factus Dei dulcia auidiore animo hauriret.

V. Poſthæc magiſter ſcholarum Imperatoris ſeruitio aſſcriptus, acceſſit in regiã curtem. At Archimandrita Adalbertus debitum naturæ perſoluens,ex hoc pelago ad littora ſempiternæ beatitudinis tranſuolarat. Alumnus autem ille patriam, charoſq; propinquos reuiſens,ſub ſacræ ciuitatis Pragæ Epiſcopo* arma Chriſtianæ militiæ militaturus aſſumpſit. Nec multo pòſt cœpit languor peſſimus eundem Epiſcopum,& deteſtabili fine clauſura venit ei vltima dies. Nam in extremo anhelitu, cum tamen adhuc magna pars animæ ſuperſtes foret, aſtantibus, quorum ille adoleſcens vnus erat, hanc fabellam ægra voce retulit. *Heu mihi qualis eram, & quantum mutatus ab illo; qualem me nunc eſſe vellem! Heu me miſerum! Perdidi dies meos; iam pœnitentiæ fructus nuſquam. Perii. vbi nunc honor meus & inanes diuitiæ? O caro putribilis,& eſca vermium! vbi nunc gloria & pulchritudo vanitatis tuæ. Decepiſti me, decepiſti fallax ſeculum, promittens mihi annoſam ætatem; & ecce inſperatæ mortis gladio malè interemiſti animam meam. Sed meum ſcelus vtcunque veniabile erga pium Dominum foret,niſi quod commendatæ plebis ſcelera ad cumulum miſeriarum accedũt. Voluptates n.& deſideria eis pro lege erant, nec prohibui furentẽ,nec prohibere potui ſponte pereuntem populum, qui adhuc hodie nil ſciunt vel faciunt, extra quod digitus Satanæ in eorum cordibus ſcripſit. Væ mihi,quia ſilui. hoc eſt quod doleo, dolebitq; in æuum. Nam ecce atræ mortis victima in* “ *infernum recta via proficiſcar, vbi vermes mei non moriuntur,& ignis meus ardebit in æternum,* “ *& vltra.* “ Sic ait & citius obdormiuit,factuſque eſt planctus magnus ſuper eum. Timuerunt autem timore magno; ſed præ omnibus adoleſcens Adalbertus, qui his diebus delicioſus miles erat,nocte eadem ſacco indutus cilicino,& caput cano cinere reſpergens,ſingulas circuit Eccleſias,pauperibus quoque, quæ habuit largè diſpergens, ſe & cauſam ſuam precibus Domino commendauit. Ipſi autem Epiſcopatus honorem iam

**Dietmaro.*

Coſmas ſupra lib. 1. fol. 14.

post pia obsequia sacri seminis, seruus erat, ad caminum decurrit, & satione peracta, vnde viuerent, propriis manibus se laborasse gaudebat. Hinc viator intrepidus aderat, sacris ædibus sæpius Domino precator impor... ...s cœlestes fores pulsat, nunc longis genuum flexionibus orationem protrahit, nunc ægra suspiria cordis multo flumine rigat. De completorio vsque ad primam non exiit sermo de ore eius, & ad instar Monachicæ professionis, nocturna silentia seruat. Post primam pastoralibus causis studia sua impendit, audiens diligenter, quid cum prædato paupere peregrinus & vidua eiularent. Quando autem exteriore cura vacabat, vsque ad Missæ celebrationem Dauidicis vtitur colloquiis. Homini non locutus est verbum, quamdiu dominicæ mensæ infulatus astitit, & supra sancta sanctorum immolat angelicum panem. Post aut opera manuum laborat, aut cum charis Capellanis sacræ lectionis cibaria degustat. His ociis longum diem, talibus negotiis totam ducere noctem, hi sibi mores, hoc studium, hæc erat meta viuendi.

IX. Post completorium cum solitis orationibus incubaret, quidam pauper cui nihil præter vitam & membra impius latro reliquit, miseris vlulatibus tēpli ostia pulsat; quo audito, cum de erogatis opibus nullæ superfuissent, cœpit curiosius excogitare, quid illi dare posset: & cum nihil aliud occurreret, ingressus cubile, quod solum habuit, tulit inde sericum puluinar. Cui abstrahens sericum, plumas circumquaque per domum respersit; deinde ad iacentis mendici clamorem recurrens, inanem purpuram in rugam complicuit, & per coeuntium ianuarum foramina emittens, hoc fertili dono manum pauperis accumulauit. cuius furti autor cum lateret, cumque Willico domus suæ præpositus hoc inter pueros asperius inquirere vellet, prohibuit eum, dicens, *Nequaquā inimicus homo hoc fecit, sed qui indigens erat, forsan pro explenda necessitate assumpsit.*

Inter hæc sancta opera non desierant pluere prædicationis pulchræ verba. nec sibi solum bonus, sed cum pluribus cœlestium gaudiorum particeps esse voluit; singulis compassione proximus, & præ cunctis in contemplatione suspensus: sic alta petens, vt proximorum infirma non despiceret; sic infirmis proximorum congruens, vt alta petere non desisteret; sic discretionis artem seruare nouit, vt esset in eo & instè consulens misericordia, & piè sæuiens disciplina.

X. Ipsi autem contraria voluntate ad carnalem sensum relapsi, bonum pastorem sequi noluerunt. Nouo quippe modo cum essent cœlestibus bonis pasti, peccatorum fęcibus explebantur. Ille spiritalibus adiutoriis caulas suas præmunire instat; illi destruere, quod fecit, diabolicis impugnationibus festinant. Ille à captiuitate dæmonum, vitiorum populū liberare parat; illi eo arctius se in omni peccato obligare non cessant.

Vidit ergo Episcopus, quia diuinis legibus aduersum ire, omnibus modis festinauerunt; vidit, quod obdurato corde in Deum grandia quæque, & noua scelera adimplere meditantur, vidit optimæ gubernationis frustrari lacertos, plus etiam obesse sibi, quam populo prodesse. Deflet ergo peccatum, & amarissimo luctu prosequitur damna perditæ gentis. Ad vltimum cogitat, melius esse relinquere, quàm in cæco & sponte pereunte populo operam perdere, quòd maximè de tribus causis actum esse dicūt, qui huius rei ordinem, ipso narrante, compererunt. Prima & velut principalis causa, propter plures vxores vnius viri. Secunda propter detestanda coniugia Clericorum. Tertia propter captiuos & mancipia Christianorum, quos mercator videns infelici auro emerat, emptosque tot Episcopus redimere non potuit.

In somnis quoque apparuit ei Dominus suscitans eum, & de lento sopore surgere iubens. Inquit ille; *Quis es tu tam imperiosæ auctoritatis, vel cuius rei gratia quietem frangere iubes?* Respondit: *Ego sum Iesus Christus, qui venditus sum, & ecce iterum vēdor Iudæis, & tu adhuc stertis?* Ille expergefactus secum tacito corde pertractat, quidnam hæc visio vellet. Admonet soluendæ quæstiunculæ socium, elegantem virum Williconem. Hic honore Præposituræ præerat cæteris, hunc vir sanctissimus consiliorum suorum participē fecit, cui cum suam visionem exponeret, respondit in propriá verba & cogitationes ille mitissimus heros: *Quando venduntur Christiani Iudæis, hanc venditionem patitur Iesus Christus, cuius nos sumus corpus & membra, à quo mouemur & sumus.*

XI. Hæc S. Episcopus ęqua lance perpendens, & ab imo cordis longa suspiria trahens, amplius stare timuit; sicq; consilio doloris accepto, venit Romam, & Apostolicæ Sedis * Pontificem, quid in tanto suo populiq; discrimine agendum foret, gemebundis quæstionibus inquirit. *Commendatus*, inquiens, *mihi grex audire non vult, nec capit sermo meus in illis. iniquorum pectoribus dæmoniacæ seruitutis imperia regnant; & ea regio est, vbi pro iusto virtus corporis, pro lege voluptas dominatur.*

* Benedictus VII.

Ad hæc Apostolicus, *Fili*, inquit, *quia te sequi nolunt, fuge quod nocet. Operæ pretium est enim, si cum aliis fructum facere non potes, vel teipsum non perdas. Quare in eo consilio arripe tibi ocia contemplationis, & sede inter eos, qui vitam quietam in studiis dulcibus & salubribus agūt.*

Hac itaque velut diuina responsione animatus, cum ad futura sanctorum gaudia ardenti desiderio anhelaret, statuit secum, natale suum solum, notioresque populos derelinquere. vult pro Domino peregrè proficisci, atque velut sub alio sole inopē ducere senectam. Omnia dura & aspera pro dilecto iesu dulcia sibi visa sunt: pro diuite Christo angustam pauperiem pati, non tam labor, quam ingens amor erat. Post hanc suæ mentis deliberationem argentum pauperibus largè distribuens, Episcopalem cameram euacuauit.

XII. *Otto III. Imp.* Erat autem ipsis diebus Romæ imperatrix Augusta Theophania, mater eius, qui modo regnat, Tertius & (Deo iuuāte) Maximus Otto, cui pia cura circa pauperes cum summatibus viris, & benè quærentibus Christum sincerissima dilectio fuit. Hæc comperto quod gratia orationis exulans ille vsque Ierosolymam pergere vellet, clam venire illum fecit, & argenti tantum, quantum iuuenis Gaudentius vix leuare posset, pro viatico accipere fecit. quod eadem consequenti nocte pauperibus fideliter diuisit, atq; ab vno denario totum expendens, nil sibi retinuit. Deinde pueris remissis in patriam, mutat habitum, & asinum pro portandis oneribus mercatus, cum tribus numero fratribus socium iter assumpsit.

XIII. Habens itaque animum Ierosolymis sepulchrū Domini inuisere, venit ad montem Cassinum, in cuius cacumine monasterium sedet, quod hoc in loco primus construere cœpit beatissimus Pater Monachorum flos & gloria Benedictus. Ibi quoque (vt Gregorii mellifluum os sonat) vltimam vitæ partem degit, & veræ religionis exēplar omnibus, qui in Christo piè viuere volunt, digito conscripsit. Hic rum licet agnitus non fuisset, tamen Domino quod futurum erat, prouidente, honorificè hospitio susceptus est. Post paucos dies cum iter cœptum agere vellet, accessit ad eum illius loci Abbas, & cum ipso admodum illustres viri, hæc consilia velut à diuina arce ferentes. *Via*, inquiunt, *quam beatitudinis acquirendæ causa cœpisti, longè est à recta via, & ab illa, quæ ducit ad vitam. Perplexitatibus quippe fugacis seculi carere magnanimi est; sed quotidiè loca noua mutare minus laudabile est. Sicut enim hiberni maris inconstantia malum nautis, ita vagatio de loco ad locum periculum suis sequacibus minatur. stare autem loco, & supernis vsibus eò liberius perfrui, non nos, sed præcepta maiorum, virorumque fortium exempla tibi dicunt.* Quod consilium prouidus heros non secus, quàm diuinitus datum accipiens, ibi finem laboris & cætera errabundæ vagationis ponere cogitauit.

Vide Leon. Hostiens. lib. 1. Chron. Latin. cap. 17.

Hæc eo cogitante frustratur eum Deus, volens dilecti hominis desideria aliquantulum dilatare, vt quanto nunc amara primum & labore parata, tanto post dulciora fuissent. Nam cum ibi monastica lege viuere vellet, cumque à minimo vsque ad maximum omnes hoc libentissimè vellent, repentè attonitas terribile verbum transuerberat aures. Et, *bonum est*, inquiunt, *vt stes nobiscum, hic monachicum induas habitum, hic Deo placiturum viuere ducas, nostras quoque Ecclesias nouo opere constructas, cum sis Episcopus, sacrare potes.* Quo audito ille heros iam dudum intra se turbatus, hæc ira dictante reddidit, *Vtrum me hominem vel asinum putatis, vt cum amota filiorum cura Episcopus esse desisterem, nūc sub nomine Episcopi vestras domos consecrarem?*

XIIII. Nec mora iuit deorsum per montis conuexa, & quasi duorum dierum itinere acto, ad magnum virum Nilum perrexit; cuius nobile meritū in monastico ordine, velut nouus lucifer in æthereo axe refulget: sub quo etiam duce ac diuinæ artis magistro discipulorum plurima manus Deo militarunt. Hi verò omnes propriis manibus victum quærentes, secundum regulam sancti Patris nostri Basilii cœlestibus vestigiis innituntur. Hac fama ductus aggreditur sanctum senem, & prouolutis genibus diu profudit lachrymas, quærens ab illo responsa, & amica solatia, quem intuitus domnus Abbas Nilus, cuius meriti in conspectu Domini viueret, iam in primo sermone cognouit; qui & vsque hodiè ita amore Christi feruentem, non meminit se vidisse aliquem iuuenem. Et, *recepissem te*, inquit, *dulcis nate, nisi hæc susceptio mihi meisque nocitura, tibi tamen minimè esset profutura. Etenim (vt iste habitus & barba pili testantur,) non indigena, sed homo Græcus sum; terra autem quantulacumque est, quam ego & mei mecum incolunt, illorum, quos tu benè fugis, propria est. Sed si (quod Deo volente nimis vellem,) vnà nobiscum cohabitaueris; tollunt illi, quæ sua sunt; ego cū charis filiis expellor totus; tu de incerta re plus incertus eris. Quin imò accipe Patris*

tris consilium, & vnde digressus es, repete vrbem Romam; quò cum angelo bono te ducente perueneris, dominum Abbatem Leonem nobis amicissimum ex nostra omniumque persona salutes, atq; epistolam nostram feras in hæc verba: aut te apud se, (quod plus volo) retineat; aut si et difficile apparet, ad Abbatem sancti Sabæ mea vice commendet. Hac spe confirmatus regreditur ad sacratam arcem, vrbium dominam, & caput mundi Romam.

Inde cui monasterio Abbas Leo præfuisset, diligenter inquirens, ad sanctorum limina Bonifacii & Alexii, monstrante populo, perductus est. Postquam ingressus est, & cum Abbate copia datur fandi, obtulit salutationem & literas, quas miserat Abbas Nilus: quibus perlectis, vt ex longo vsu spiritum probare doctus erat, priusquam recepisset illum, arguta arte cuncta explorat. Primum incepit indignationem simulare, quis qua mente præditus esset, auerso vultu indagare, aspera & dura illi prædicens, cunctaque arcana mentis eius sagaci ingenio perquirens. Iustum verò ac tenacem propositi virum, nec dura hominis responsio frangere valuit, nec venientium tentationum minæ à semel arrepta voluntate reuocare potuerunt. Abbas verò Leo vbi non solùm auertere à suo proposito, sed etiam dura prædicando plus accendere poterat, acceptu- rum se fore illum pollicetur. Statuit autem Dominum Apostolicum cum humiliato Antistite prius conuenire; vt quidquid agendum foret, tanti patris sententia, suorumq; Cardinalium consilia deliberarent. Post hæc rite peractis omnibus, qua die Dominus discipulorum suorum pedes lauit, ac linteo extersit, monachalem habitum sanctus ille Episcopus accepit Sabbato Sancto, quando baptizati catechumeni crinalibus vinclis soluuntur, soluta est & ipsi capite pendens cuculla. Hinc secundum regulæ morem fratrum numero addictus, quærendum angusto calle cœpit ardentius cupere Christum. XV.

Duo autem ex fratribus, qui eum eo erant, iam dudū videntes, quia se monachum facere vellet, non bene relicto clypeo fugam dederunt. Solus verò Gaudentius, exemplo constantis viri, remanens cum beato viro, Monachicam atque probabilem conuersationem consecutus est: qui etiam sibi carne & spiritu duplex germanus, & ab infantia semper fidissimus comes adhæsit.

Ipse verò omni obedientia ac humilitate ambulans inter fratres, contra bella tentationum, vitiorum intrepidus tyro accingitur; in cogitationibus suis ad humilem confessionem semper confugiens, quassatæ mentis arcana spiritalibus viris pandere non cessauit. Cessante verò tentationum imbre, in nouam messem virtutum refloruit; ac post victoriam solito clarior eluxit. Processit ergò vt lux splendens, & creuit vsque ad perfectum diem. Obedientia, qua donauit eum suus Abbas, huiuscemodi erat, vt coquinæ fratrum aquæ ministratorios vsus humero apportaret; manibus quoque eorum lauandis simile obsequium ageret, sic se cunctis fratribus seruire lætatur. XVI. Prou. 4.

Nec moratur interea æmulus hostis, nunc aperto bello, nunc latentibus insidiis hominem Dei impugnaturus. & cum testacea vasa, nunc aqua, aliquando vino plena portaret, prædictus hostis callido astu lapsus parat, ac vt confracta in partes spargerētur efficiens, sacri viri faciem ingenti rubore perfudit. Hæc dum multoties fierent, & ipse tot vicibus veniam prostrato corpore peteret, tandem vltor eius confusionis respexit ad hæc negotia Deus. Nam vna dierum cum fratrū mensæ apportaturus foret merum, offenso pede corruit ipse super vias, & vas ingenti cecidit super marmora lapsu. audit à longe pater monasterii, cunctique fratres per ordinem, *quomodo labitur ille heros*; nescientes quia hunc casum prosperrima aduersitas comitaretur: ita enim vas sanū & vini portio non minuta reperitur, ac si nulla facta foret ruina.

Item nobilis quædam fœmina monasteriū hoc causa orationis ingreditur, & cum charitatem ibi facere iussa foret, iam septem annis panem se non gustasse profitetur. ille verò hunc abstinentię morem pro infirmitate ei adhæsisse recognoscens, allato pane salutiferæ Crucis signaculum impressit, ac deinde prandenti matronę apponens, *In nomine Domini mei Iesu Christi, filia*, inquit, *manduca panem: non licet tibi sanctam charitatem violare, pro eius enim amore hoc parum prandii accipere iussa es.* Ad hanc vocem credula mulier, panis munera degustans, cum gratiarum actione regreditur in domum suam. Ex hinc ergò communi cibo vsa est: rem nouam sibi contigisse ciuibus narrat, ac glorificat vox omnium Dominum Deum. XVII.

Nec prætereundum est, qualiter cuiusdam Ioannis filiam, qui nunc vrbis Præfectus esse dignoscitur, atrocissimus febrium dolor vexare cœpit: quam cum homo Dei sacratissima sua manu tangeret, omnis languor corporis eius imperio abscessit.

Synodus An. DCCCCLXXXXIX.

XVIII. Archiepiscopus verò Magontinus beati præsulis gregem sine pastore ite conspiciens, misit legatos cum literis, per quos Dominum Apostolicum de sancti viri reditu interpellat. Facta est Romæ synodus pro hac causa, & oritur vtrinque litigium grande, ex vna parte eorum qui monachum perdere timuerunt; ex alia eorum, qui pastorem suum cum auctoritate quæsierunt. Cumque inuicem pugnantibus sententiis vtraque pars diu decertarent; tandem dubiam, nunciorum Primas vix promeruit victoriam. Hic ipse Primas frater erat Ducis, cuius terræ, qui exigebatur Episcopus, præfuit. Tum Apostolicus non tàm voluntate, quàm iure Dei permotus talia respondit: *Reddimus, quod iuste quærũt; quamuis de bono patre iam degenerassent filii, & dabimus eum hac lege, si audierint eum, teneant eum Dei benedictione, faciantque sub ipso fructum centuplum. Si autem à consueta iniquitate sua recedere nolunt, hic noster absq; periculo sui capitis malorum consortia declinet.*

Hæc vbi dicta dedit, finita est synodus, & soluto cœtu redierunt quisque in domum suã. Abscedunt legati, monachis tristibus, & læto animo ac magna exultatione. Cumque emenso itinere Pragam venirẽt, eunt ei obuiam omnis ætas & sexus, & quasi cum ingenti gaudio acceperunt eum; dant manus, ac promittunt omnia, velut qui de sua reuersione oppido gauderent; & secundum eius præcepta priorem vitam plenissime emendare vellent. Sed paulo post cœpit eos ignauia, mollicies: & neglectis prædicationib. itur in omne nefas. Veterum quippe vitiorũ recordationibus pruenti, in carnalem patrem relabuntur, & pereunt labor pastoralis, & diligens cura boni patris.

XIX. Inter hæc luctuosum & miserabile crimen exoritur. Mulier cuiusdam nobilis cum clerico adulterasse publice arguitur. Quam cum more barbarico parentes dedecorati cõiugis decapitare quærerent, fugit illa per celeres auras, donec voce & cursu vsque ad optatum peruenerat Episcopum. Volens autem de illorum manibus mulierem liberare, clausit eam in monasterio sanctimonialium, quod sub vocabulo & veneratione sancti Georgii cõsecratum, firmissimis mœnibus vallatur; clauim verò Ecclesiæ custodi fideliter commendat: credens, vt fæmina inter fæminas solatia doloris, & sub altaris defensione vitæ securitatem haberet. Crimen quoq; in se referre voluit, vt se sceleris auctore magnum aliquid fieret, scilicet, vt pro pœnitentiæ fructibus, aut illam vitæ seruaret, aut ambo simul iussi morerentur. Qua voluntate, quia martyrii coronam exposcens erat, adimpleret vtique quod voluit, nisi eum prudenter Dominus Willico prohiberet.

Impia manus interea absconsæ mulieri ferrum necemque parans, armato milite Episcopale forum irruperunt. Quærunt & contumacibus Episcopum dictis, qui contra fas & legalia iura adulteram defendere vellet. Quod ille diuinæ contemplationis otio vacans, vbi aure percepit, cùm velut diuisæ noctis hora esset, dicto versu fregit silentia, & in quo clausus erat, exiuit de templo. Deinde qui secum erant fratribus, pacis oscula libans, *Bene valete*, inquit, *& pro me misero ferte pia vota Christo.* Inde totus ardore martyrii flagrans, non tardiore desiderio & cursu, quam qui fugit hostem, sponte venit in hostem, ac medium agmen intrepido gressu incedens, *Si me quæritis*, inquit, *præsto sum.* Vnus autem ex illis, cui cum bonis semper læua voluntas erat, omnium ore talia respondit: *Cassa spes martyrii te tenet, & nobilis gloria lethi. Errat pro certo hæc tua voluntas, qua nostrum vult fieri peccatum; non implebitur tua voluntas, sed agitur aliquid, quod plus dolet. Quia nisi hæc meretrix nobis citius reddatur, habemus fratres tuos, in quorum vxoribus, prole & prædiis hoc malum vlciscamur.*

Hæc dum furens Slauus contra Episcopum delatrauit, ecce corruptus aut proditor adest, qui excerpens eos clam de agmine vocat, seque itineris ducem præbens, domum in qua clausa erat, domusque custodem manifestat. Custos verò tentus ab illis, nunc minis, amicis nũc affatibus, vt illam in manus eorum redderet, diu probatur. Ad vltimum mortis timore perterritus, non sic sibi creditam cruentis hostibus prodidit fœminam. Rapitur illa infelix, frustra pressis altaribus, & sub manu coniugis capitalem iussa est subire sententiam. Quod cum ille velut vir iustus facere nollet, sub gladio vilis vernulæ truncata pœnas male vsi corporis capite exsoluit.

XX. His atque horum maioribus popularis nequitiæ studiis cum sermo docentis Episcopi contraire nequiret, flet bonus pastor; quia in morbido grege signa salutis nulla inesse conspexit. Hinc pro spectandis sequentibus malis oculos claudere volens, dulcis Romæ mœnia reuisit, & naue monasterii mutat pastoralia frena. Congaudent illo redeunte monasticæ plebis sacra collegia, ac sanctitatis suæ amore pariter & vtilitate perfruuntur. Dilexerunt eum omnes, sed præ omnibus Abbas suus: qui & post se totis cohortibus fratrum præfecerat illum. Ille autem omni vilitate & extremitate contentus,

tentus, quanto magnus erat, tanto se cunctis inferiorem præbuit; quanto spiritalibus diuitiis diues, tanto in oculis hominum paruus, pauper, & despectus esse cupiebat. Dicunt autem Abba & fratres eius de eo, quia in omni virtute ad vnguem perfectus est, & extra Martyrum verè sanctus erat. sic de die in diem semper nouus & seipso robustior lucescens, ad diuinæ contemplationis fastigia velut castissima turtur euolauerat.

Volens autem Dominus ostendere seruo, cuius meriti viueret in conspectu suo, monstrat ei per visum duos ordines in cœlo, vnum purpureo, alterum niueo amictu: quibus sub diuersa specie singulare meritum, & propria merces: ambobus tamen esca & potus erat laus perpetua Creatoris. Et facta est vox ad eum dicens: *Inter vtrosque erit tibi locus, conuiuatio mensæ, & aptissimus honor.* Cuius rei visionem Abbati suo cum exponeret, non hoc de se, sed velut sanctissimus Paulus reuelationis suæ mysteria de alio homine narrat. *Scio, inquit, huiusmodi hominem, cui Dominus per visum talia ostendit, & hæc ipsa donaturum se promittit.* 1.Cor.12.

Hoc ipso tempore iter agit Romam Rex Francorum Otto tertius, pulchri Cæsaris pulcherrima proles. Decursis quippe puerilibus annis, cum iam velut lanugine barbæ floreret, tempus & virtus maior annis Imperatoriam sibi exposceret dignitatem. XXI.

Roma autem cum caput mundi & vrbium domina sit, & vocetur, sola reges imperare facere; cumque Principis sanctorum corpus suo sinu refoueat, merito principem terrarum ipsa constituere debet.

Summus ipsis diebus Pontifex acerrima febre correptus, corpus terræ, animam cœlo, vtraq; in sua dimisit exordia. Rex autem Otto alpium niues multo milite transmeans, iuxta sacram vrbem Rauennam regalia castra metatus est. Ibi in eius occursum veniunt epistolæ cum nunciis, quas mittunt Romani Proceres, & senatorius ordo; primo illius aduentum, velut toto tempore paternæ mortis non visum, totis visceribus desiderare, ac debita fidelitate pollicitantur expectare. Deinde in morte Domini Apostolici tam sibi, quam illis non minimam incidisse partem incommodorum annunciant, & quem pro eo ponerent, regalem exquirunt sententiam. Erat autem in Capella Regis quidam Clericus Bruno, secularibus literis egregie eruditus, & ipse regio sanguine genus ferens, magnæ indolis; sed (quod minus bonum) multum feruidæ iuuentutis. Hunc quia Regi placuit, à maioribus electum, Magontinus Archipræsul Willigisus, & suus collega Vdelbaldus Episcopus, adduxerunt Romam. Proinde à Romanis honorifice acceptum ad hoc ordinati Episcopi Apostolico honore promulgarunt. Superueniens etiam Rex Romano more egregiè accipitur. Deinde magno gaudio omnium Imperatorium attigit apicem. Lætantur cum primatibus minores ciuitatis, cum afflicto paupere exultant agmina viduarum, quia nouus Imperator dat iura populis, dat iura nouus Papa. BRVNO PP. vide Ditmar. lib. 4.

His temporibus Christianissimus ille Cæsar, cui circa seruos Dei maximum studium semper & diligens cura fuit, crebro alloquitur sanctum Adalbertum, & habebat eum sibi familiarem, audiens libenter quæcunque sibi diceret. Archiepiscopus vero Willigisus veterem querimoniam canens interpellat, congeminat vota cum votis, & vt reportaret illum omnibus modis instat. In Apostolica quoque synodo canonum testimonia reuoluens, coram omnibus se iuste petere clamat, peccatum esse singulis Ecclesiis maritatis solam Pragam viduari, iuste poscentibus beneuolam aurem, viduæ Ecclesiæ maritum suum præbere libera mente postulans erat. Rursum ex itinere, quo versus est ad patriam, continuis literis hoc idem reiterare non cessat, nec dimisit prius, donec pollicitus est Dominus Apostolicus facturum se esse quæ vellet. Tristatus est autem homo Dei, quia linquere cogitur monasterium, præsciebat enim, quia populum, cui pastoralem curam debuit, à via sua mala nemo flectere quisset. Sed tristem eius animum hoc valde solatur; quia si in commissis sibi animabus dignos fructus agere nequisset, extraneis & non baptizatis prædicator missus fuerat. XXII.

Ergo multis lachrymis dulce monasterium linquens, cum summæ discretionis viro Notherio Episcopo vltra alpes proficiscitur. Cumque velut dierum prope mensium iter ageretur, venerunt Magontiam. Vbi regressus ab Italicis oris Imperator commoratus est, cum quo vir Dei mansit bonum tempus, quia familiarissimus sibi erat & nocte pariter ac die, velut sanctissimus cubicularius, imperiali cameræ adhæsit. Hoc autem non sic, velut seculi aliquo amore captus; sed quia dilexit ipsum, & dulcibus dictis ad amorem cœlestis patriæ accendere voluit. Nam die siue nocte, cum turba locum dedit, sanctis alloquiis aggreditur illum, docens, *ne magnum putaret, se im-* XXIII.

peratorem esse, cogitaret se hominem moriturum, cinerem, ex pulcherrimo putredinem, & vermium escam esse futurum. Viduis exhibere se maritum, pauperibus & pupillis monstrare se patrem; timere Deum, vt iustum ac districtum Iudicem: amare, vt pium veniæ largitorem, ac misericordiæ fontem: sollicite pensare, quam angusta via, quæ ducit ad vitam, & quam perpauci, qui intrant per eam: bene agentibus esset vt per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus. Ad hunc modum plura subnectens, monet charum filium præsentis vitæ bona despicere, æternitatis electionem desiderare, mansura quærere, in temporalibus rebus & transitoriis fiduciam non habere. Cunctis qui in regia domo erant, velut seruus omnium, sic eorum vilissima quæque manibus tractat, & omni humilitate eorum seruitia facit. Noctibus quoque cum carperant somnum, calceamenta eorum componere cura fuit, a ianitore vsque ad principem regiæ domus omnium caligas aqua lauit, & purgatis sordibus eas suo loco restituit. Ad hunc modum plurima seruitia egit in Camera; quanto quæque vilissima erant, tanto libentius ea pro humilitate ministrat. Sed seruiminis auctor diu incognitus latuit, donec quidam Woltharius regius imperialis minister, & sibi dilectus cubicularius sanctum prodidit furem.

XXIV. Vidit quoque ibi somnium nocte vna, quod huiusmodi erat. Putabat se fratris sui curtem adire, & media curte stare domum, cuius structura aspectu erat delectabilis, parietes & tecta niuei candoris; intus duo lecti, vnus sibi, alter fratri suo deputatus. Erat vtique scilicet, vt decuit, multum honoris gerens, sed lectus suus omnem gloriam alterius longe præcellens, totus purpureo splendore, & sericis ornamentis amictus; ad caput vero aurei staminis linteo pulcherrime redimitus; sursum verò in capite erat aureis literis scriptum: Munus hoc * auctentum filia sponsatur. Cuius visionis ordinem cum aliquibus narrando exponeret; *Vide*, inquiunt illi, *quia Christo secundante, Martyr eris futurus. Regis filia, quæ dat tibi regia dona, hæc est domina cæli sacratissima virgo Maria.* Hoc audiens ille factus est lætissimo animo, & ingressus cubiculum cordis, egit gratias sanctorum sancto, Angelorum Domino & omnipotenti Christo. Hinc matrem gratiarum, quæ regis solio proxima sedet, prona ceruice & gauisæ mentis iubilo adorat; *Gratias tibi*, inquiens, *virgo maris stella, quæ me vt pia Domina humillimum seruum tuum respicere dignata es.*

Auctor alius apud Sur. hanc inscriptionem ita habet: Munus hoc donat tibi filia regis.

XXV. Hac ipsa tempestate adiit Turoniam, quærens auxilio sanctum senem Martinum. Nec præteriit Floriacum, quæ beatissimum corpus confessoris nostri & patris Benedicti suo grege collocare meruit. Vbi etiam quis ille sit, cæcorum visus, claudorum gressus, & cœlestium miraculorum multa millia protestantur. Horum duorum charissimorum patrum sacris confabulationibus pastus, læto animo regreditur ad imperiale domicilium. Inde quid sibi mente foret, quæ volente Deo agere vellet, sub lucem proferens, cœpit cum dilecto Cæsare familiarem & extremum sermonem habere. Finita locutione pacis oscula inuicem libant, & amplius nunquam sociandos non absque dolore separant amplexus. Vir ergo sanctus eius charam vitam charissimo Iesu multum commendans, secundum placitum Archipræsulis sui ad Apostatricem gentem pergere cœpit. Sapuit ipse, qui consilio suo non obaudirent; sed ne inobediens esset, iussum iter adimplere maluit. Hoc etiam eius animo magnam spem tribuit, quia si non in filiis, in alienis, & in barbarismo animarum lucra congregare potuit. Erant enim multæ nationes per circuitum, per quas aut sibi martyrium aut eis baptismi gratia conferri potuit.

XXVI. Gens autem hæc sceleratissima ad quam redire compulsus est, in odium sui nominis grande nefas commiserunt. Nam parentes suos nobiles & præclaros viros misero vulnere prosternunt, fratres fratrumque filios, masculum vna cum fœmina, omnes morte sæuissima damnarunt, ciuitates quoque eorum igne ac ferro deuastantes, omnia eorum bona in captiuitatem redegerunt. Vnus autem ex suis fratribus, dum hæc mala domi geruntur, cum Bolezlao Bolaniorum duce in expeditione Imperatoris erat, Dux vero ille pro amore sancti fratris magnis promissis & amicis opibus eum solatur. Ergo pro his sceleribus aditum sibi clausum iter putans, ille sanctissimus heros noluit frustrari aduentum suum; sed declinauit ad præfatum Ducem, quia sibi amicissimus erat, & si recipere vellent, per eius missos explorare potuit. Quo facto, e contra illi magna indignatione remittunt ei iræ & furoris plena verba dicentes: *Sumus peccatores, populus iniquitatis, gens duræ ceruicis; tu sanctus amicus* D E I, *verus Israelita: & tibi omnia cum domino. talem ac tantum non portant cohabitationes & consortia iniquorum.* Et tamen

Ad pag. 17. supra.

vnde

[illegible] genus [illegible] s [illegible] os, totiens al [illegible] piscopus? *A nos* [illegible] *a nos* [illegible] *mus*, in [illegible] *m* [illegible] *en. qui fi vener* [illegible] *qua de* [illegible] *est* [illegible] *ad vnū*.

[illegible] c & his animia a [illegible] isus I [illegible] opus ta [illegible] u exuberat, vt pœna [illegible] XXVII. [illegible] re ma nomin [illegible] *rupti* [illegible] *ala mea* [illegible] *immel bo lorum* [illegible] *n* [illegible] *s*, [illegible] *cura* [illegible] *me* [illegible] *tio libera it.* [illegible] *bo* [illegible] *tum e* [illegible] *tuum, ali d minister* [illegible] *aterne* [illegible] *or* [illegible] *ria.* [illegible] *qui* [illegible] *in de* [illegible] *ant.* I [illegible] s d [illegible] ar- [illegible] atus [illegible] um pre [illegible] & [illegible] post dimicare oporteret, animo deli [illegible] ur [illegible] tero [illegible] que h [illegible] um [illegible] P [illegible] orum [illegible] a [illegible], qu [illegible] Deus venter est & auaritia [illegible] ta cu [illegible]

[illegible] in a [illegible] tior sententia successit an [illegible], vt quia h [illegible] proxima & [illegible] D [illegible], Pr [illegible] Deos & [illegible]

Du [illegible] ata voluntate eius, dat ei nauē & ipsi [illegible] ter d [illegible] se vero primo adiit vrbem [illegible] Gdanie, qua [illegible] D [illegible] m [illegible] na diuin [illegible] Ibi diuina m [illegible] cri [illegible] a [illegible] p [illegible] antur hominum multæ cateruæ, ibi Missarum [illegible] Chr [illegible] um [illegible] non post [illegible] oltos ill [illegible] s seipsum pro h [illegible] a [illegible] ru. Quidquid v [illegible] fu [illegible] Deo, quod ipse & n [illegible] baptizati cõmu [illegible] & [illegible] d [illegible] pann [illegible] nuob [illegible] tum [illegible] bi seruauit pro viatico deportandum.

P [illegible] era autem die salutatis omni [illegible] us, imponitur carinę [illegible] pelag [illegible] & [illegible] ur ab eorū ocu [illegible] s nunquam poste [illegible] vi [illegible] dus. Hinc nauticum [illegible] er veloc [illegible] imo [illegible] gens post p [illegible] ucos dies marinum l [illegible] tus egreditur, & reuersa est nauis cum armato cult [illegible] de. Ipse autem pro præstitis beneficiis gratiam v [illegible] ctoribus & vect [illegible] domino [illegible] ns remansit ibi cum geminis fr [illegible] orum alter presbyter Benedictus, al [illegible] & a p [illegible] o sibi comes frater Gaudentius erat.

T [illegible] ma [illegible] a [illegible] lucia Christum prædicantes intrant paruam I [illegible] uo a- XXIIX. mne cir [illegible] umuecta formam circuli ad [illegible] untibus monstrat. Ve [illegible] s vero loci possessores cum pugnis expulerunt eos, & q [illegible] dam [illegible] rrept [illegible] naucul [illegible] E [illegible] opo propi [illegible] s, & v [illegible] forte Ps [illegible] os in libro dec [illegible] cap [illegible] x- c [illegible] s m [illegible] n [illegible] b. vola [illegible] in diuersa codex, & [illegible] e [illegible] & me [illegible] iacet [illegible] mo prostr [illegible] s, sed exterius [illegible] to corpore, q [illegible] am [illegible] r [illegible] vocis orga [illegible] *atias ibi* [illegible] *D* [illegible] *ne, q* [illegible] *m ne* [illegible] *vel vn im ict* [illegible] *m* [illegible] *o med* [illegible] *re merui.*

[illegible] cro [illegible] a [illegible] em [illegible] ere autem facto dom [illegible] C [illegible] e vndiq; iners [illegible] & quid de [illegible] ret actu [illegible] & [illegible] spectant. Tunc fa [illegible] & vi [illegible] e [illegible] interrogauis, ta [illegible] oc [illegible] di [illegible] *one Mo na* [illegible] *anda n* [illegible] *A* [illegible] *n* [illegible] *ll v stra salus,* [illegible] *ra nu* [illegible] *im,* [illegible] *tra quem ali* [illegible] *cent* [illegible] *n no* [illegible] *ba* [illegible] *us cœlestium ga* [illegible] *cre mi* [illegible]

[illegible] ad [illegible] se eum pr [illegible] an [illegible] na [illegible] ur [illegible] per [illegible] unt [illegible] stes capiti [illegible] *quod huc* [illegible] *ne* [illegible] *n* [illegible] *lumna creabūt No* [illegible] *no, cu* [illegible] *at* [illegible] *ordo mundi; vos vero* [illegible] *n* [illegible] *mini* I [illegible] nocte na [illegible] dam.

Hæ [illegible] ta [illegible] p [illegible] e [illegible] nasterio [illegible] talis n [illegible] erat, cui- XXIX. dā [illegible] n C [illegible] cœ [illegible] t vol [illegible] ia [illegible] ven [illegible] a [illegible] duo l [illegible] e [illegible] nix, & mūd [illegible] al- qu [illegible] mac [illegible] o [illegible] onera, singulos quidem viros de terra leuant; ambo [illegible] & aurea sidera transinant, vniu [illegible] nomen, extra ipsum, qui hæc vi [illegible] od [illegible] mi sciūt; alter vero erat (vt adhuc hodie meminit) domnus Adalb [illegible] ui an [illegible] minister iam cœlestis mensæ conuiuia præparauit. At Pater Nilus

[illegible] dulcibus [illegible] *quia amicus noster Adalbertus am*[illegible] *termin*[illegible].

[illegible] Gaudentius [illegible] ex op[illegible] for[illegible] nu[illegible] ipso [illegible] quid habes. *Vidi* [illegible] *plenum*, [illegible] *ocius nemo erat* [illegible] *altari* [illegible] *meis* [illegible] *impertosa auctoritate* [illegible] *hominum* [illegible] *quod sibi* [illegible] *fore* [illegible] *uatum.* H[illegible] abo[illegible] *Deus*, [illegible] *prosperet hunc visum: fallaci somnio neminem* [illegible]

XIX Iam exurgente purpureo die cœptum iter agunt, & [illegible] breuiant & dulcis vitæ gaudium continuo appellant Christum. Inde [illegible] & [illegible] alij [illegible] ad meridiem, campestria loca a[illegible] dem [illegible] celebrante, sanctus [illegible] nachus comunicauit. & post Sacram c[illegible] m[illegible] labore [illegible] pauxillum obsonij accepit & dicto [illegible] & [illegible] surgit de gramineo cespite; & quantum iactus est lapidis, vel m[illegible] gitte, [illegible] ressus loco reiecit. Hic tum cepit eum somnus, & quia diutini itineris [illegible] rat, [illegible] corpori perfudit eum soporifera quies. Ad vltimum pausantibus cunctis [illegible] paganorum furor, & irruerunt super eos impetu magno, & iecerunt omnes in vincula.

Sanctus vero Adalbertus stans contra Gaudentium & alium fratrem ligatum, *Frater, inquit, noli te contristari, scitis quia hæc patimur pro nomine Domini, cuius virtus vltra omnes virtutes pulchritudo supra omnes decores, potentia inenarrabilis, pietas singularis. Quid enim fortius, quid eo pulchrius? quam dulce est pro dulcissimo Iesu fundere vitam!* Prosilit ex furibundo agmine igne[illegible] Si[illegible], & totis viribus ingens iaculum mouens, transfixit eius penetralia cordis [illegible] pie c[illegible] Sacerdos idolorum, & dux coniuratæ cohortis, velut ex debito prima vulnera fac[illegible] deinde concurrunt omnes, & vulnera miscentes iram exsaturant. Profluit p[illegible] reus sanguis per foramina vtriusque lateris, ille oculis ac manibus stat orans in cœlum. Exiit rubeus amnis diuite vena, & extractæ hastæ septem ingentia vulnera pandunt. [illegible] vinclis solutis extendit manus in modum Crucis, & suppliciter fusis precibus pro sua & persecutorum salute ad dominum clamat. Sic illa sancta anima carcere suo euolat, sic nobile corpus protenta Cruce terram occupat, sic quoq; multo sanguine vitam fundens, beatis sedibus & semper charissimo tandem perfruitur Christo. O sanctum & [illegible] mum virum, cuius in vultu angelicus splendor, in corde semper Christus erat! O pium & omni honore dignissimum, qui crucem quam voluntate semper in animo tun[illegible] iam ma[illegible] & [illegible] corpore completam est! Accurrunt vndique armis d[illegible] & [illegible] or[illegible] caput, & separant [illegible] an[illegible] b[illegible]. C[illegible] ttente[illegible] xerunt, & læto clamore [illegible] dan[illegible] es [illegible] vnusquisq; ad proprias sedes

DCCCC-XCVII. [illegible] est a[illegible] & gl[illegible]ssimus Martyr Christi Adalbertus no[illegible] Calendas Maii, [illegible] O[illegible] er[illegible] op[illegible] & clarissim[illegible] Cæs[illegible] ta, scilicet, v[illegible] Chri[illegible] pro hon[illegible], eadem [illegible] o [illegible] cuius est n[illegible] or[illegible] r, la[illegible] & [illegible] in secula seculorum. Amen.

FINIS VITÆ ET MARTYRII S. Adalberti